Secūdo cōparatur lu xurioſus fatuo mercatori:qui rē p̄cioſam dat pro vili p̄cio: ſic luxurioſus aiaȝ dat pro vi li p̄cio.ſ.pro pctō. Vñ dicitur prouer.iiij. Preciū ſcorti vix eſt vni⁹ denarij. Mulier autē precioſaȝ aiaȝ viri rapit: ⁊ fac magnā iniuriā iſte fatu⁹ mer- cator xp̄o qui cariſſime eme- rat aiaȝ ei⁹. Debuiſſet.n.diriſ ſe dyabolo qui emit anias ad tā vile p̄ciū nō poſſuȝ tibi vē- dere aiaȝ meā q̄ȝ ali⁹.ſ.xp̄s ſa tis maiori p̄cio emit eā Iuxta illud qd̄ d[illegible]j.Cor.vi. Empti enim eſtis p̄cio magno. Iſte eni fatu⁹ mercator.ſ. luxurio- ſus qui ita magnum foꝛ fecit de mercib⁹ ſuis:nō eſt mirꝫ ſi cito amiſit capitale ſuum:⁊ iō inter oēs pctōres luxurioſus veniet ad iudiciū pauperim⁹. Naȝ hoc vēdidit: ⁊ deſtruxit quicquid hēbat.ſ.deum ⁊ ſan ctos:animā famam:gloriam: ſubſtantiam:⁊ gratiam.

Tertio cōparat̄ luxu rioſus coruo qui cadauerib⁹ adheſit:vt dicitur Gen̄. viij. ſic facit luxurioſus:q̄ȝ dimiſſa archa continentie ⁊ caſtitatis adheret cadaueribus.ideſt de lectationibus immundis.

Quarto luxurioſus comparatur fatuo bellatori.ſ. inermi qui vix cauet hoſtem ſuū q̄n ipm meli⁹ videt arma tuȝ. Arma nāqȝ dyaboli ſunt mulieres ille eniȝ ſunt baliſte dyaboli de longe infigentes. Tunc.n.fatuus eſt luxurioſus qui nō curat hoſtē ſuū fugere ſed attendit pulchritudinē ba liſte. Similiter mulier cōpta ⁊ pulchra cuȝ ſuis ornamētis eſt gladius dyaboli bn̄ ſcin- dens bn̄ limatus. Luxurioſus eſt tm̄ infatuatus ⁊ attent⁹ cir ca pulchritudinē iſtius gladij q̄ nō curat fugere ictuȝ inimi ci ſui. Similr̄ mulieres ſunt caſtra.in quib⁹ dyabolus po- nit vexilla.i.diuerſa paramē- ta. Luxurioſus nimis appro- pinquat ad caſtruȝ vbi videt arma dyaboli:⁊ q̄ȝ non cauet percutit̄ ⁊ iaculatur:tm̄ tactus eſt pulchritudine vexillorum. Unde bn̄ figurat̄ luxurioſus per abimelech.de quo dicitur Iudicuȝ.ix.q̄ veniēs ad oppi

dum abimelech appropinquauit ad turrim:⁊ ecce vna mulier fragmē mole deſuper caput eius iaciēs:ↄfregit caput eiꝰ cerebrūq; effudit. Abimelech iſte nimiſ appropinquās ad turrē:eſt hō luxurioſus incaute appropinquās ad mulierem. Fragmē molle qđ ꝑ mulier iecit ⁊ abimelech interficit eſt tētatio que a muliere ꝓcedit ⁊ miſerū luxurioſum interficit.

**Quinto comparatur** luxuria ſagene:naȝ ſagena oē genꝰ piſciū capit:nec facit aliquā drīam:ſȝ qcquid inuenit apphēdit:ſic pctm̄ luxurie fere totū mundū iuoluit. Nam dr̄ đ dyabolo q piſcaṫ cū hac ſagena Abacuch.i. Totum in hamo ſuo leuauit: totū traxit in ſagena ſua.

**Sexto cōparatur luxuria** igni greco. Ignis enim grecus horribiliter ardet ⁊ aquas cōburit:⁊ vix pōt extingui:ſic ignis luxurie ēt ifrigidis ⁊ mortificatis ardet ⁊ fere oia deuorat. Nā dr̄ đ luxuria Job.iij. Ignis eſt vſq; ad cōſumptionē deuorās. Et iohelis.i. Ignis.ſ.luxurie comedit ſpecioſa deſerti.i.pulchros viros ⁊ mulieres huius mūdi.
¶ Et nota q ignis iſte grecꝰ ↄſueuit extingui cū duobꝰ.ſ. cum arena:⁊ cū aceto:q2 luxuria hȝ iſta duo magna remedia. Arenā.i.ↄſiderationē infructuoſitatis huius mundi: ⁊ acetū.i.acrimoniā:⁊ auſteritatem penitentie.

**Septimo comparaṫ** luxurioſus equo. Naȝ equus nihil valet ſine calcaribus ⁊ freno:ſic hō niſi habeat frenū cōtinentie cum calcaribus penitentie:efficiṫ inutilis ad modum equi nō frenati pp luxurie laſciuiaȝ. Ideo dicitur in pſal. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus ⁊c̄.

**Octauo comparatur** luxurioſus naui que a nauta ſine vllo gubernatore duciṫ: ſed ſolum aque fluxū ſequi ꝑmittiṫ. Iuxta illud qđ vulgo dicitur. Qui vadit ad votum ſuū:vadit ad dolorē ſuū. Nauis.n.nunq̄ per ſe ad portū duciṫ niſi recte a nauta ducatur vel regaṫ. Caro noſtra eſt nauis ⁊ ſpūs ē nauta:ſȝ nūq̄ caro veniet ad portuȝ ſalutis: niſi a ſpiritu ducaṫ gubernaculo virtutis:imo ſeq̄reṫ fluxum aque ideſt ipetū luxurie:

ꝛ tandeꝫ precipitaret hominē in mare oceanuꝫ dānationis eterne. In figura huiꝰ dicitur Mathei. viij. ꝙ nauicula ope riebatur fluctibꝰ: qꝛ vero caro noſtra mergeretur fluctibus tētationis: niſi adeſſet auxilium diuine virtutis.

Nono cōparatur luxuria ſtercori ꝛ luto ꝓpter vilitatē. Nā ſicut porcus fouet in luto: ꝛ equus iacet in ꝓprio fimo: ſic luxurioſi pſeuerātes interdum moriūtur in ꝓprio pctō. Et ideo dr̄ Johel. i. Cōputruerūt vt iumēta in ſtercore ſuo. Super quo dicit btūs Grego. Jumēta in ſtercore ſuo putreſcere: eſt luxurioſum in fetore luxurie vitam finire.

Damna luxurie ſunt ſex.

Primo enim hoīem ducit ad maximā paupertatē aufert ſiquidē gloriā ꝛ grāꝫ: ꝛ propriā ſubſtantiā. Vn̄ dicitur Luce. xv. ꝙ filius ꝓdigus per quē luxurioſus figuratur: diſſipauit ſubſtantiā ſuum in meretricibꝰ viuēdo luxurioſe.

Secūdo deiicit in peſſimā ſeruitutē: facit. n. ꝙ turpior ꝛ vilior ps que ē in hoie dn̄atur ei. Hec fuitꝰ figurat per ſuitutē egypti ꝗ erat ſuitus luti ꝛ lateris: vt dr̄ Exo. i. per quā bn̄ itelligit luxuria: ꝗ eſt ſuitus luxoſe delectatiōis.

Tertio proiicit hoīeꝫ in maximā vilitatē: qꝛ hoīem qui ſimilis eſt deo ꝛ angelis: facͭ eē parē brutis. Vn̄ dr̄ in ps. Hō cuꝫ in honore eēt nō intellexit. ſ. ꝙ ad imaginē dei creatꝰ ſit. cōparatus eſt iumētis īſipiētibꝰ: ꝛ ſilis factꝰ eſt illis.

Quarto luxuria priuat hoīem oī rōne: ꝛ ſicͭ aīalia bruta turpiter infatuat. ſicͭ pꝫ in ſalomone qui tante fuit ſapientie: ꝛ tn̄ de ipo dicitur. iij. Regū. xi. ꝙ deprauatū eſt cor eius propter mulieres.

Quinto hoīeꝫ acriter mortificat occidit eniꝫ triplici morte. ſ. mōte culpe: morte infamie: ꝛ morte gehenne: ꝛ iō dr̄ Ecc̄. vij. Inueni amariorem morte mulierē. Mors. n. nāe ſimplex ē ꝛ trāſitoria. ſꝫ mors luxurie mltiplex ē ꝛ ſēpiterna.

Sexto hoīem fortiter illaqueat. Vn̄ dr̄ Eccliaſtes. vij. de muliere. Laqus venator eſt. i. demonū: qui venantur aīas pctōꝝ: ſagena cor eiꝰ vincula ſunt manus illius.

Et nota hic de mulie
re triplex genus capture.ſ.La
queū quo capiūtur volatilia.
Sagenā q̄ capiunť natatilia.
Uincula quibus capiuntur
aialia ſilueſtria ꝛ terreſtria.
Luxuria vero capit volatilia
ideſt ſupbos natatilia.i.delici
oſos:ꝛ aialia terreſtria.i.aua
ros.ꝛ ſic fere nihil ſibi euadit.

¶ Filie luxurie ſunt quinqꝫ.ſ.
Fornicatio:que eſt cū mulie
re ſoluta.
Adulteriū:qđ fit cū ꝯiugata.
Stuprū:quod eſt cum virgi
ne vel religioſa.
Inceſtus:qui eſt cū affine vł
cōſanguinea.ꝛ Peccata con
tra naturā. ¶ De iſtis quiqꝫ
filiab⁹ habeť in figura.Quar
ti regum.vj.vbi dř q̄ quarta
ps cabi ſtercoris colūbarum
qnqꝫ argēteis vēdebať.Ster
cus colūbe que eſt auis luxu
rioſa:figurat imūdiciā luxu
rie quinqꝫ argētei quib⁹ ſter
cus emitur vel venditur:ſunt
iſta qnqꝫ peccata quib⁹ dele
ctatio luxurie ꝑcreatur.Et bñ
quarta pars ſtercoris emitur
quinqꝫ argēteis:qꝛ cū q̄ttuoꝛ
ſint in peccato luxurie.ſ.cogi
tatio:delectatio:conſenſus:ꝛ
opatio:vnum ſoluꝫ de iſtis.ſ.
delectationeꝫ.i.quartam par
teꝫ pcti precipue emit ꝛ procu
rat luxurioſus.Ab his omni
b⁹ vitijs ſupradictis nos cle
mēter abſoluat ꝛ potenter eri
piat pater ꝛ filius ꝛ ſpiritus
ſanctus.Amen.

¶ Scđa dieta de pnia. ca.x.

Poſt tractatū de
vitijs ſequitur tracta
tus de penitētia: que
eſt ſecunda dieta ſalutis.ſ.a
peccatis ad pniam puenire.
¶ Et nota primo de peniten
tia ſpecialiter tria:ſcilicet.
Laudes multipharias.
Partes neceſſarias.ꝛ
Artes meritorias.
Uel per alia verba. Laudes
eius figurales.Eius ptes ite
grales.Eius ptes virtuales.
Laudes eius mōſtrat multi
plex eius figura:ꝛ cōparatio
Partes ei⁹ integrales ſunt.
¶ Partes ei⁹ virtuales ſūt.

Contritio. Ieiunium.
Confeſſio. Elemoſyna.
Satiſfactio. Oratio.

Habet igitur peniten
tia laudes multiplices ſm di
uerſas ipſius figuras ꝛ com
parationes.Comparatur au
tem primo ſpecialiter tribus.
Eſt eniꝫ penitētia ſicut aqua

calida contra canes:ſicut cla
mor contra fures:ſicut arma
ↄtra hoſtes. Eſt itaqȝ penitē
tia ſicut aqua calida cōtra ca
nes:⁊ maxime ꝗ̄tum ad con
tritionē:ſicut.n.cū aqua cali-
da eijcitur canis de coquina:ſic
cū aqua lachrymarū feruenti
um eijcitur dyabolus ⁊ pctm̄
de aīa. In cuiꝰ figura dicitur
Gen̄.xxxvj. Anā inuenit aq̄s
calidas p̄mo in deſerto Anā
qui interpretat̄ donatus vel
ſctificatuſ ſignāt penitētē aque
calide.i.lachryme mōſtrāt pe
nitētis cōtritionē ſolitudo ve
ro in qua aque calide inueni-
untur:deſignat vitā ſolitariā
penitētis ſeu mūdificationeȝ
vl̄ meditationē. De qua Am
bro. Lachryme lauant delictū
quod voce pudor eſt cōfiteri.
Iſte eſt anā qui inuenit aquā
calidam cum paſceret aſinos
patris ſui ſacerdotis.

Comparatur autē pe
nitens arbori:cuiꝰ radix eſt cō
tritio:frōdes cōfeſſio: ⁊ flores
ſancta deuotio fructus bona
opera:humor:gratie diffuſio.
Vel dicuntur penitētes radi
cati in xp̄o p humilitatē:extē-
ſi per caritatē:opti cortice per
auſteritatē:dātes vmbrā alijs
per bōa exēpla ⁊ ↄſilia. Apo.
vij. Nolite nocere terre ⁊ ma
ri neqȝ arboribꝰ. De arboreſ
ſunt oliua:vitis:⁊ ficus:oliua:
actiui miſericordes.ficus:con
tēplatiui clauſtrales:vitis:ſan
cti p̄dicatores. Judicū.ix. Fi-
cꝰ noluit regnar̄ ſup ligna ſil
uaꝝ.i.ſup hoies īfructuoſos.

Eſt etiam penitētia ſi-
cut clamor cōtra fures ꝗ̄tuȝ
ad cōfeſſionē.nā ſicut ad cla-
morē fugiūt fures:ſic peniten
tis clamoſa confeſſio vel ora
tio fugat demones. Unde in
figura huius dicitur Primi
machabeorū.iiij.ꝙ timore iu
de qui interpretatur cōfeſſio:
repulſi ſunt inimici eius.

Eſt inſuper penitētia
ſicut arma ↄtra hoſtes maxi-
me ꝗ̄tū ad ſatiſfactionē.nam
ſatiſfactio penitētis ſicut ieiu
niū eſt elemoſyna ſunt quedā
penitētis arma. Nā dic̄ apl̄s
ſc̄de Cor.x. Arma militie no
ſtre nō ſunt carnalia:ſȝ ſupple
carnē macerātia. De elemo-
ſyna dr̄ eccl̄iaſtici.xxix. Sup
ſcutū potētis ⁊ ſup lanceā pu
gnabis aduerſuſ inimicū tuū.
¶ Itē pnia eſt turbatiua īſtar
maris accenſiua inſtar ignis.
Concluſiua inſtar ſepis.



АН УРСР
№ СТ 11030

¶ Eſt itaqꝫ pnia ſicut quedã maris turbatio. nã ſicut mare nõ emittit immũdicias niſi ſit turbatũ: ſic anima mea nõ emittit peccatũ niſi i ſe habeat pnie ꝛ ꝯtritionis cõturbationẽ ꝛ motũ. Vñ de penitẽti. dr̃ Trenoꝝ. ij. Magna ẽ velut mare contritio tua.

Eſt ẽt penitẽtia ſicut quedã ignis accẽſio. nã ſicut ignis ꝓducit fumũ de viridibꝰ lignis: ſic virtꝰ pnie de peccatoribꝰ educit fumũ cõtritionis. ꝛ ſicut ligna viridia reddũt aliquẽ humorẽ per virtutem ignis: ſic peccatorũ oculi eructãt virtute pnie humorẽ lachrymoſe cõpũctionis. Nã dicitur in pſal. Exitus aquaꝝ deduxerũt oculi mei. Et ſicut ligna viridia que ſunt bene accenſa fortius ardẽt vel caleſiunt ſi pctõres penitẽtes que ſunt igne pnie vehemẽter accenſi fortiꝰ diligũt ſicut patet Luce. vij. Cui multũ dimittitur: multũ diligit. Sꝫ ſũt multi q nõ iueniũt ignẽ ſꝫ aquaꝫ craſſam: vt dr̃ ſcd̃i Machab. j. tales ſunt qui cogitãt vitam ſuã preteritã: nõ ad ꝯtritionẽ: ſed ad delectationem.

Eſt itẽ penitẽtia ſicut quedã ſepis concluſio. Nã ſicut agricola cũ eiſdem ſpinis q̃s extrahit de vinea claudit vineã ꝯtra porcos ꝛ beſtias: ſic penitẽs cogitãdo pctã ſua dꝫ claudere ꝛ munire cor ſuũ cõtra oẽs tẽtationes beſtiales ꝛ imũdas. Hec eſt ſepis: de qua dicit ſapiẽs eccleſiaſtici. xxxvj. Vbi nõ eſt ſepes: diripictur poſſeſſio. quia vere vbi non eſt ſepes penitentie: que animam claudit contra recidiuum facile dirumpitur poſſeſſio virtutum.

Item penitẽtia eſt diſcete imponenda. Deuote aſſumenda. Perfecte adimplenda.

Eſt enim penitẽtia diſcrete ipõnẽda. nã ſic virꝰ ſerpẽti vitã ꝯſeruat ſed homini mortẽ propinat. ꝛ ſicut ignis aurũ ꝓbat: ꝛ virgulta incinerat. ꝛ ſicut talpa morit̃ i luce: ꝛ ſub terra viuit. ꝛ ſicut ignis quẽ cetera aialia timẽt ſalſamandrã nutrit: ꝛ ſicut hõ ſub aq̃ morit̃ vbi piſcis delectat̃: ſic eadẽ pnia nõ oibus eſt imponẽda vel iniũgẽda: nec cõtra oia peccata. ſꝫ diuerſis diuerſa. Nã ſacerdos debet diſcernere iter pniam ꝛ pniam:

culpā͂ ꝛ culpā͂:ſic ex lege dn̄i debebat ſacerdos ex mādato dn̄i diſcernere inter lepꝛam ꝛ lepꝛā vt dicit̃ Leuitici.xiiij.ꝛ.ix.

Eſt etiā͂ penitētia de uote aſſumēda: ſicut.n.miles non recuſat onus vel pōdus armoꝝ:ſic penitens nō deb₃ recuſare onus penitentiaꝝ. ꝛ ſicut auis nō recuſat onus pē narum.nec peregrinis onus baculi.nec equus onus quadrige: ſic penitens non debet recuſare onus penitentie. Vnde ille bonus penitēs dauid comparat ſe iumento:cu₃ dicit in pſal. Vt iumentum factus ſum apud te.

Eſt inſup pnīa perfecte adimplēda.vt nō ſolū penitēs pctm̄ vitet:ſ₃ peccati recidiuū ꝛ ipoꝛtunitates omneſ quaſi quaſdam radices ꝛ germina pctōꝝ. Sicut.n. herba falcata reuiuiſcit:ſ₃ eradicata non ita peccata de facili pullulāt ſi non fuerint radicit⁹ euulſa. Ideo dicit Aug. Pnia eſt cauſas pctōꝛum excidere:ꝛ eis aditum non indulgere.

Itē bonus ꝛ perfect⁹ penitēs fugit dyabolū: ſequit̃ xp̄m:ſpernit mūdū:ꝛ appetit celū. Penitēs itaq₃ perfect⁹ fugit dyabolū ꝛ currit ad latibulum penitentie:ſicut.n.auicula ponit ſe inter ſpinas: vt poſſit accipitrē euadere:ꝛ eadē ratione:ſicut liliū inter ſpinas creſcit valde bene vt dicitur Cāti.ij. Sicut liliū iter ſpinas ſic amica mea inter filias:ſpine ſi quidē quib⁹ liliu₃ clauditur ꝓhibent ne liliū tāgatur:per hūc modū ſpine penitentie cuſtodiunt animam inſtar auicule a pꝛedali accipitre:inſtar lilij ab omni tactu delectationis immunde.

Bonus penitens ſequitur chꝛiſtu₃ ꝛ imitatur nā certe penitentia fuit via qua chꝛiſtus ambulauit. Vn̄ poſt baptiſmum ſtati₃ intrauit deſertum.vt dicitur Luce. iiij. Penitētia etiam fuit pꝛima doctrina quam chꝛiſtus pꝛedicauit.vt habet̃ Math. iiij. Penitēs igitur ſi eſt bonus diſcipulus libenter intrat cu₃ chꝛiſto penitentie deſertum: contra ſimulatos penitentes qui ad modu₃ vſurarij volūt eſſe diſcipuli chꝛiſti:ſicut eni₃ vſurarius vult eſſe illi⁹ ſocius cui mutuat pecuniā in lucro ꝛ non in dāno : ſic multi vel-

ſent ſequi xp̄m in proſperis ⁊ nō in aduerſis. vellēt cum xp̄o regnare i celo ſic filij zebedei. ⁊ nō cū ipſo certare in ſtadio. Vn̄ dictū eſt eis illud Mat. xx. Neſcitis qd petatiſ.

Penitens nihilominus ſpernit mūdi pſpera cōtra aliquos q ſunt q̄ſi ſymea: q̄ſi iuenit nuces nouas ⁊ recentes pp exterioris corticis amaritudinē iudicat nucē eē amarā: ⁊ ſpnit nucleū interiorē: ſic a multis repudiat pnia: qꝛ vr̄ carni amara. Jdeo dr̄ Hebr. xij. Ois diſciplina in p̄nti nō eſt gaudij: ſꝫ meroris:

Penitēs inſuper appetit celū: ⁊ ſicut puer rūpit veſtē veterē: vt citi⁹ habeat nouā: ſic bonus penitēs lacerat ſaccū carnis. vt citi⁹ aie ſue acquirat ſtolā felicitatis eterne. Vn̄ dr̄ i pſal. Cōcidiſti ſaccū meū. ⁊ circūdediſti me leticia.

¶ De contritione. ca. xi.

Nota partes penitentie integrales ⁊ nota q̄ pnia hꝫ tres ptes ipaꝫ virtualiter integrantes: ſcilicet.
Contritionem cordis.
Confeſſionem oris.
Satiſfactionem operis.

¶ Nota de penitentia primo q̄ntū ad ɔtritionē que eſt ps prima penitentie. ¶ Nota q̄ cōtritio de peccatis ſpāliter dꝫ eſſe ſeptiformis. Nā dꝫ eē moroſa ⁊ itēta: nō pfūctoria.
Solitaria non publica.
Integra non diminuta
Ordinata non confuſa.
Propria non aliena.
Temebunda non delitioſa.
Iſta non ſimulata.

¶ Et hec ſeptē ſunt in verbo Iſa. xxxviij. Rogabo tibi oēſ ānos meos i amaritudie aie mee. Et iſte verſiculus dꝫ eē ppetue memorie illoꝝ ſepteꝫ que vera cōtritio debet hēre.

Primo eniꝫ vt dictū eſt debet eē itēta: nō pfunctoria: iō dicit recogitabo: ɔtra illos qui veniūt ad ɔfeſſionē icogitati de pctis: qꝛ nullā vel modicā vident hēre ſollicitudinē: cū tn̄ hec ſint maiora debita ⁊ maiora negocia q̄ homo hꝫ vel hēre poſſit i hac vita. Iſta. n. debita ſunt decem miliū talentoꝝ: vt dr̄ Math. xviij. Iſta. n. ſunt negocia pro quib⁹ fili⁹ dei mortu⁹ eſt ⁊ p quib⁹ cōgregabit angelos de celo ⁊ ſctōs ēt hoīes de mundo ⁊ oēs demones de iferno

vt dicitur Math.xxv. Bene aũt eſt fatuus.qui de his maximis debitis ꝛ negocijs nũq̃ eſt ſollicit⁹: vt dicit ille bonus penitẽs dauid: cogitabo pro peccato meo: nõ dicit ꝓ nummo: vt auarus: nec de cibo: vt guloſus. nec de luto: vt immundus. nec de vẽto: vt ſuperbus nec de mendacio: vt verboſus: ſed de peccatis meis ero dolẽs ꝛ ſollicitus: quia vulgo dicitur. Quo dolor eſt dẽtis: verſatur lĩgua dolẽtis.

Secundo cõtritio debet eẽ ſolitaria: nõ publica. iõ dicit tibi: q2 debet eſſe ſolũ in cõſpectu dei. iuxta illud pſal. Meditatio cordis mei i ꝯſpectu tuo ſp. Infirm⁹ non ꝯſueuit ſtare i platea: ſꝫ in camera clauſa: ꝛ ꝯſilia ardui negocij nõ tractãt i publico: ſꝫ in loco ſecreto. iõ dr̃ Math. vj. Tu autẽ cũ oraueris pro peccatis tuis: itra cubiculũ. ſ. cordis tui.

Tertio debet eſſe integra nõ dimidia iõ dicit oẽs. Modicũ. n. de liquore corrupto iterficeret vas ſi remaneret in illo. Iõ dicitur trenorũ. ij. Effunde ſicut aquã cor tuum. Bene ãt dicit ſicut aquã q2 alius liquor vix põt bene effundi: quin ibi remaneat aliqd de colore vel de odore vel de ſapore. Videm⁹. n. q̃ poſt effuſionẽ lactis remanet i vaſe color: poſt effuſionem vini: odor. poſt effuſionẽ mellis: ſapor. Debet igitur penitẽs effundere: non ſicut lac: ne. ſ. remancat color priſtine ꝯuerſationis. nec ſicut vinũ: ne remaneat odor praue ymaginationis. nec ſic̃ mel: ne remaneat ſapor imũde dlectatiõis ſꝫ ſic̃ aquã pfecte ꝛ itegre ꝯtritiõis.

Quarto debet eſſe cõtritio ordinata: nõ ꝯfuſa. ideo dicit ãnos. Annus nãqꝫ diſtinguitur per quattuor. tẽpora. ſ. hyemẽ: ver: eſtatẽ: ꝛ autũnũ. Debet igitur penitẽs: annos: vel circulũ vite ſue diſtinguere per tẽpora: vt ſua meli⁹ poſſit inuenire peccata. ꝛ p̃cipue debet iueſtigare peccato: ſi in vita ſua inueniat hyemẽ ꝛ frigiditatẽ tẽporis ideſt torporis ꝛ accidie. Ver: autẽ id eſt humiditatẽ corporalis laſciuie. ꝛ eſtatem ideſt caliditatem indignationis ꝛ iracũdie. ꝛ autũnũ ideſt ſiccitatem cupiditatis ꝛ auaritie. Hec ſunt tempora quibus diſtingũtur anni peccatorum. De

quibus dicitur i pſalmo. An
ni noſtri ſicut arana medita-
buntur. Arana ſi quidem me
ditatur ⁊ totum ſtudium ſuū
ponit vt ordinet telam vilem
⁊ fragilem ad capiendū mu
ſcas. talis ē vita hominis fra
gilis ⁊ vilis ⁊ ſolum muſcas
capit ideſt delectationes im
mundas. Vnde dicitur Iſa.
lix. Ipſi telas aranee texuerūt.

**Quinto** debet eſſe cō
feſſio propria non aliena. i. de
peccatis proprijs non alienis
propter hoc dicit: mco. Vir
enim homo proſperatur qui
dimiſſis negocijs ꝓprijs ſol-
licitus eſt de alienis. Vñ di-
cit ſaluator Luce. xxiij. Filie
hieruſalē nolite flere ſup me:
ſed ſuper voſipas flete. Et ſic
vult xp̄us ꝙ nunq̄ȝ fleam⁹ vel
plāgamus mortem ſuam be-
nedictā: quouſqȝ luxerimus
culpam propriam. nihilomi-
nus tamen non habet gratū
ꝙ nos iudicemus culpā alie
nā. ſed ſicut vulgo dicit. Qui
libet plangit talam ſuā ideſt
dānū proprium. Iuxta illud
apl'i. Gal. vi. Vnuſqſqȝ on⁹
ſuum portabit.

**Sexto** debet eſſe con
tritio gemebunda: ideo dicit
in amaritudine non in riſu.
Riſus ſignum eſt mortis qñ
infirmus ridet feruore infir-
mitatis ⁊ maxime qñ egrot⁹
affligitur ⁊ anxiatur: ⁊ viuaci
ter ſentit egritudinē: ſicut cri
ſim ⁊ terminū ſubſequentem.
Iſa. xxxviij. Ecce i pace ama
ritudo mea amariſſima. Con
tritio nāqȝ amara pro incur-
ſu diuie offenſe amarior: pro
dāno ſuperne patrie amariſ-
ſima: pro reatu pene eterne fa
cit infirmum quiſcere ⁊ cru-
ciatum terminare: ⁊ egrotam
facit animam creticare.

**Septimo** ⁊ vltimo cō
tritio debet eſſe intima nō fi-
cta vel ſimulata. iō dicit ani-
me mee. Emplaſtrum. n. debȝ
poni ſuper locum doloris in-
firmi: ſicut collirium ponitur
ſuper oculum: non in calca-
neo. ⁊ ideo quia peccatum eſt
morbus anime ipſa precipue
debet contritionē peccati ſen
tire Vñ dicit Iohelis. ij. Sci
dite corda veſtra ⁊ non veſti-
mēta veſtra. cōtra illos quoꝝ
pnia eſt in vultu: nō in ſpiri-
tu. in veſte: non in corde cum
ypocras noſter medicus xp̄s
animarū noſtrarū doceat pe
nitētem faciem lauare: veſtes

componere : caput vngere ꝛ coꝛ pungere Math.vj.

## De confeſſione.ca.xij.

Secundo nota de pnia q̃ʒtū ad cōfeſſionē que eſt ſcd̄a pars eā virtualiter integrās. Et ē ſciēdū q̄ ſepte ſunt in ↄfeſſiōe attēdēda

Primo enim debet eſſe feſtiua non tarda: contra aliquos q q̃ʒto plus pn̄t diſferūt ↄfiteri niſi in īfirmitate grauiſſima:ꝛ tales ſunt ſimileſ latronibꝰ quoꝝ ↄfeſſio aculeo ꝛ q̄ſtionibus extoꝛquet̃.qꝛ taliū cōfeſſionē retoꝛquet deus ꝑ aculeuʒ febꝛis acute:vel grauis īfirmitatis.cū tn̄ dicat ꝓpha. Preoccupemus faciē eiꝰ in ↄfeſſionē ſicut ille q diffidit de iure ſuo debet ante iudiciū de pace ꝛ ↄpoſitiōe tractare:ꝛ diem ſuum pꝛeuenire.

Secundo cōfeſſio debet eſſe hūilis ꝛ verūda. Iuxta illud apo. Ro.vj. Quē fructū habuiſtis tūc i illis:i qbus nūc erubeſcitiſ. Latrōes.n. demiſſo capite:ꝛ ruboꝛ̃ ꝑfuſi:ſcelera ↄfitent̃:ↄtra aliq̄s quoꝝ ſūt hoꝛrēda facinoꝛa:q nec timēt deū:nec hoīeſ verent̃. Latrones timent patibulū:cū ſit tamen bꝛeue ſupplíciū:ꝛ tranſitoꝛiū.ꝛ tales nō timēt infernū ꝛ terminabilē cruciatum. Latrones verecundant̃ : ꝛ tn̄ paꝝ aut nihil ꝓdeſt eoꝝ verecūdia iſti aūt nō erubeſcūt:cū tn̄ pars penitētie ſit ipſa erubeſcētia. De talibꝰ dicit̃ Iere.vj. Cōfuſi ſunt qui abominationē deo fecerūt. qui poſt cōfeſſionem nō ſunt cōfuſi: ꝛ erubeſcere neſcierūt:qꝛ tales habēt vtiqʒ erubeſcentie cauſam ꝛ meritū:ꝛ tamen habēt vtiqʒ erubeſcentie ſignum.

Tertio confeſſio debet eē apta nō palliata. Et dr̃ apta cōfeſſio:in qua pctōꝛ ſe accuſat expꝛimēdo oēs peccati differētias ꝛ p̄cipue aggrauātes:circūſtātias:qꝛ dicitur ꝓuer.xviij. Iuſtuſ pꝛoꝛ ē accuſatoꝛ ſui:ſic confitebat̃ dauid qui dicebat. Dixi ↄfiteboꝛ aduerſuʒ me iniuſticiā meā domino:non dicit pꝛo me:ſe laudādo vel excuſando: ſicut faciebat phariſeus: ſʒ aduerſuʒ me ſe accuſando ſic̄ faciebat publicanus. Luce.xviij.

Quarto debet eſſe cōfeſſio vera:nō ficta:ꝛ dr̃ vera ↄfeſſio que ē cū ꝓpoſito emēdādi:non ſolū oꝛis: ſed etiam

cordis. De qua dicit dauid. Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde meo. cōtra aliquos quorū ꝯfessio est lupi. de quo narrat fabula ꝙ semē ꝯfitebatur iniquitates suas ⁊ interim erat multum sollicitus: q2 videbat oues recedētes. vn̄ dixit confessori suo ꝙ cito cū absolueret: vt scʒ posset sequi oues sic confitentur aliqui in quadragesima ꝓponentes ad peccatum redire post pascha.

Quinto debet esse cōfessio integra nō dimidia: paꝝ enim valeret si infirm⁹ medico febrē reuelaret ⁊ pestem febris celaret: ⁊ si nauta aliqua nauis foramina obstrueret ⁊ aliquā nō. Debet igitur penitens deo integrā offerre ꝯfessionē. deus. n. est rex nobilis ⁊ in mēsa regis poni debēt panes integri: nō fragmēta. De⁹ enim nō ꝯsueuit dimidiare veniam: iō totū hominem sanū facit in sabbato. vt dr̄ Jo. vij. Et sicut magni mercatores in grosso nō obolatam: nō denariatā vendūt: sicut paupes mercatores: pre ceteris quia mercatura dei. s. grā ⁊ venia est res indiuisibilis: cū ipe sit summ⁹ mercator. ista duo erūt indiuisibilia: instar margarite vel alteri⁹ lapidis preciosi qui tot⁹ emitur vel tot⁹ dimittitur Ipse aūt est negociator margaritarum: qui querit bonas margaritas. vt dicitur Mat. xiij.

Sexto cōfessio dʒ eē flebilis ⁊ lachrymosa: sic petri ⁊ magdalene: q2 mīsericordia ⁊ lachryme adinuicē sunt valde amice: ⁊ iō vbi est lachryma: ibi est statim amica sua: mīa. Hec ē. n. aq̄ quā xp̄s valde sitit: ⁊ null⁹ fons tm̄ eū delectat: q̄ʒtū pute⁹ lachrymaꝝ. In cuius figura quieuit iuxta puteū samarie: ⁊ petijt aquā samaritane. scilicet lachrymarum. a muliere samaritana. i. a peccatrice anima. Jo. iiij.

Septimo ⁊ vltimo cōfessio dʒ esse obediēs ⁊ prompta: vt. s. penitēs studeat suscipere ⁊ obseruare sacerdotis mādata. Infirmus qui nihil vult facere pro medico vix aut nunq̄ʒ curatur a morbo. Vn̄ obedire dʒ penitēs nō ꝯtendere. sic dauid qui dicebat: vt iumentū factus sum apud te. ad iumentū namqʒ nō ꝑtinet sibi onera taxare vel īponere: sʒ taxata ⁊ imposita portare.

Nota ꝙ triplex eſt cõ ſeſſio. Prima eſt ↄfeſſio pctī. De qua.p̄s. Dixi ↄfitebor ad uerſuȝ me iniuſtitiā meā dn̄o In hoc aūt verbo tāgunt ſex que dȝ vera cõfeſſio habere. ¶ Primū eſt p̄meditatio:qđ notat cum dr̄:dixi. ¶ Scđm eſt cõpūctio cordis ⁊ oris: vt ore ſimul ⁊ corde fiat:qđ notat per ↄfitebor. ¶ Tertiū eſt ꝙ ſit accuſans non excuſans qđ notatur per aduerſuȝ me. ¶ Quartū ꝙ ſit de malis nõ de bonis qđ notatur per iuſtitiā. ¶ Quītū ꝙ ſit ꝓpria.i. de pctīs ꝓprijs nõ alienis:quod notatur per meā. ¶ Sextū ꝙ ſit ad honorē dei ⁊ honeſtatē ſui qđ notat ꝑ dn̄o:⁊ talis cõ feſſio eſt vtilis. Vn̄ ſeqtur:⁊ tu remiſiſti ipietatē pctī mei.

Secūda eſt confeſſio laudis.de qua Eccleſiaſti.vlt. Confitebor tibi dn̄e rex ⁊ collaudabo. Vnde de his duobus dicit. p̄s. Confitebimur tibi deus ↄfitebimur tibi.

Tertio eſt confeſſio fidei. De qua Roma.x. Corde creditur ad iuſtitiam.⁊c̄. ¶ Et nota ꝙ ↄfeſſio in qua ſunt ſeptē ↄditiones p̄dicte cõparat viele:in qua ſunt ſeptē corde. Vn̄ viela cõfeſſionis qua hȝ iſtā ſeptuplicē cordā reddit in aurib⁹ dei ſuauiſſimā ⁊ dulciſſimā melodiā:nec eſt aliqđ organū muſicū qđ ita libenter de⁹ audiat:ſicut verā ↄfeſſionē pctōꝝ:⁊ iō manus que ſic tāgit vielā ↄfeſſionis corā deo: ſtatiȝ reportat ſalariū.i.veniā de oibus pctīs. Vn̄ dr̄ Iſa. xliij. Narra ſi qd habes:vt iuſtificeris. Et dauid ↄſulit oibus nimis.i.pctōrib⁹ penitētibus qui volūt in curia regis eterni itroire:vt tāgāt eo mõ vielam ↄfeſſionis vt ſupra dictū eſt. Dicit eniȝ.p̄s. Introite portas eius in confeſſione.

¶ De ſatiſfactiōe. capl̄m.xiij.

Tertio nota de penitentia q̄ntum ad ſatiſfactionē ⁊ ſunt p̄cipue ſepteȝ notanda ad hoc neceſſaria:vt ſit ꝑfecta pnīa ⁊ pctī medicia.

Primo enī ad ſatiſfactionē requiritur abſtinētia a pctō:ſicut.n.p̄ma lex quā medicus ponit infirmo eſt abſtinētia a cibo:ita primū qđ eſt neceſſariū penitēti eſt dicta.ſ. abſtinētia a pctō. Hāc legeȝ iponebat ypocras noſter xp̄s egrotis ſuis quos habebat in

cura ſicut patet in adultera.
Joan.viij. Uade ⁊ amplius
noli peccare.

Secũdo requirit᷑ ad
ſatiſfactionem pnĩe reſtitutio
rei aliene:⁊ hec eſt ſicut q̃daʒ
minutio:vł fleubotomia.Mi
nuit eni ſanguinis ſubſtantiã
ſed aufert febꝛis materiã:⁊ cõ
ſeruat vitã:ſic qui in aliena re
ſtituit pecuniã minuit:ſed au
fert cupiditatis ⁊ moꝛtis eter
ne materiã ⁊ ꝯſeruat gratiã ⁊
aĩe vitã.Et ſicut ſunt quedaʒ
infirmitates que nõ põt ſine
fleubotomia curari:ſic quedã
ſunt pctã a quibꝰ nõ põt quis
ſine reſtitutione curari aut iu
ſtificari:ſic̃ furtũ:vſura:ſymo
nia:rapina:⁊ hmõi:qꝛ nõ di
mittit᷑ pctm̃ niſi reſtituat᷑ abla
tum vt dicit Aug. hãc fleubo
tomiã faciebat ſibi zacheus:
qui dicebat Luc.xix. Si quid
aliquẽ defraudaui:reddo qua
druplum ſed vtinam vſurarij
modo redderent ſimplum.

Tertio requirit᷑ ad ſa
tiſfactionẽ cinis humilitatis.
Cinis.n.⁊ aqua calida faciũt
bonũ lixiuiũ:ſic cinis vere hu
militatis ⁊ aqua calida lachꝛi
maꝝ faciunt pniaʒ purgatiuã
⁊ ſicut aqua q̃ʒtũcũqʒ calida
niſi trãſeat per cinerem:non
bene purgat ſoꝛdes veſtrũ:ſic
lachꝛyme q̃ʒuiſ calide:niſi trã
ſeant per cinereʒ humilitatis
nõ lauãt ſoꝛdes vitioꝝ. Ideo
dicebat Job.xlij.Ago pniam
in fauilla ⁊ cinere. i fauilla de
uotionis ⁊ cinere humilitatiſ.

Quarto requiritur ad
ſatiſfactionẽ penitẽtis cilitiuʒ
moꝛtificationis hoc eſt ꝓpꝛiũ
⁊ ſpeciale malagma ⁊ empla
ſtrũ carnis repꝛeſſiuũ luxurie
⁊ carnalis laſciuie ⁊ ſicut em
plaſtrũ tẽperat ⁊ repꝛimit do
loꝛẽ lateris:ſic cilitiũ moꝛtifi
cationis repꝛimit libidinẽ. hoc
emplaſtrũ ponebat directe ſu
pꝛa locum doloꝛis iudith. de
qua dicit᷑ Judith.viij. ꝙ hñs
ſupꝛa lumbos ſuos cilitiũ:ie
iunabat cilitiũ ꝯtra luxuriã:⁊
ieiunium contra gulam.

Quinto requirit᷑ ad ſa
tiſfactioneʒ penitẽtis ieiuniũ
afflictiuũ:qꝛ ad litteraʒ panis
⁊ aqua eſt cibꝰ ⁊ vita infirmi:
⁊ pcipue ꝓhibetur vinũ infir
mis. Uñ ille bonus medicus
Paulus dic̃ ad ephe.v. No
lite iebꝛiari vino in quo eſt lu
xuria. Sʒ nota ꝙ oĩa ꝯcedun
tur infirmis:de quoꝛuʒ ſalute
dubitat᷑ ⁊ deſperatur:ſed alijs

de quibus habetur ſpes ꝙ cu
rēt ſubtrahūt nociua ꝗ̄tūcū
q3 delectabilia vt dr̄. Johel.ij.
Conuertimini ad me in toto
corde veſtro in ieiunio: ꝛ fletu
ꝛ planctu. Et ſequit̄. quis ſcit
ſi cōuertatur: ꝛ ignoſcat de⁹:
quaſi diceret. ex quo de⁹ qui
eſt ſummus medicus ieiuna-
re nos ꝑcipit: nequaq̄3 de no
ſtra ſalute diffidit.

Sexto requirit̄ ad ſa
tiſfactionē penitētis elemoſy
na: ꝛ hoc eſt quaſi ſalariū me
dici. Fidelius eni laborat me
dicus qñ ſperat bene ſe remu
nerari. Et nota ꝙ ſalariu3 eſt
taxandu3 medico ſm ꝙ plus
vel minus laborauit circa infir
mu3: ꝛ ꝗ̄to a maiori ꝛ pericu
loſiori morbo liberauit egro-
tum. Bene eſt igitur remune
randus medicus noſter chri-
ſtus qui tantum circa nos la
borauit: immo ꝓpter infirmi-
tatem noſtram animā ſuam
morti tradidit Iſa. liij. ꝛ etia3
qui a tam graui ꝛ multiplici
infirmitate nos liberauit. Ip
ſe enim eſt qui ſanat omnes
īfirmitates noſtras: ꝛ redimit
de interitu vitam noſtram: vt
dicitur in pſal. Si enim bene
remuneretur iſte medicus ne
quaq̄3 de morte timeat egro-
tus. Debet enim remunerari
non in ſe: quia bonorū noſtro
rum nō eget: ſed in heredibus
ſuis. ſ. pauperibus. Reputat
enim ſibimet factū qd̄ fit pau
peribus amore ipſius. Unde
dicit Mat. xxv. Quod vni ex
minimis meis feciſtis mihi fe
ciſtis. De iſto ſalario elemo-
ſyne dicitur Tho. iiij. Elemo
ſynas ab omni pctō ꝛ a mor-
te liberat: ꝛ non patietur ani-
mam ire in tenebras.

Septimo ꝛ vltimo re
quiritur ad ſatiſfactionē peni
tentis oratio deuota. ſic enim
mater pro filio egroto fac̄ can
delam ꝛ emittit votum: cum
nullum conſilium vel auxiliū
ſupereſt medicorum: ſic quan
do videmus ſpiritum noſtru3
periclitari graui morbo pecca
ti debeamus deo facere can-
dela3 bone operationis. iuxta
illud Luce. xij. Lucerne arden
tes in manib⁹ veſtris: ꝛ emit-
tere votum deuote orationis
ꝛ hoc genus demonioru3. ſci-
licet peccatum nō eijcietur ni
ſi in oratione ꝛ ieiunio Mat.
xvij. Oratio nāq3 peſtes men
tis curat: ꝛ ieiunium peſtes
corporis.

¶ De oratione. capitulum. xiiij.

Tertio nota partes penitētie virtuales que ſunt tres: ſcilicet. Oratio. Ieiunium. ꝛ Elemoſyna.

¶ Primo ſpecialiter de oratione eſt dicēdū: quid eſt. Oratio eſt petitio decentiū in deo vel adeo. Vel oratio ē mētis eleuatio in deū. Damaſcenꝰ.

¶ De oratiōe nō ſpāliter. v. ſ.
Typus decens
Virtus ingens
Modus competens
Locus congruens
Tempus conueniens.

¶ Habet igitur oratio typuꝫ decentē ꝛ figuram elegānteꝫ Comparatur autem ſpecialiter tribus. Eſt enim oratio.
Sicut incenſum diuine miſerationi offerendum.
Sicut ſcutuꝫ diuine indignationi opponendum.
Sicut tributuꝫ diuine dominationi perſoluendum.

Eſt ergo oratio p̄rio ſimilis thuri vel incēſo: qḋ diuine miſerationi debemꝰ offerre: ſic. n. thus vel incenſuꝫ ſup carbones poſitū ſpirat ſuauē ꝛ redolentē odoreꝫ vel fumū: ſic oratio incenſa ſup carbones deuotionis multum fragrat in ꝯſpectu diuine maieſtatis: ꝛ ideo dicit in pſalmo. Dirigat oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.

Scd̄o eſt oratio ſimilis ſcuto qḋ diuine indignationi debemꝰ opponere. Nā ſicut ſcutū ꝓhibetur ictum lancee vel ſagitte: ſic oratio ꝑuat hominē a lācea vel a ſagitta ſententie ꝛ ire dei. Vn̄ dr̄ Sap̄. xviij. de aaron. ꝙ ꝓferēs ſcutum orationis reſtitit ire.

Tertio oratio eſt ſimilis tributo qḋ diuine dn̄ationi debemꝰ ꝑſoluere. ſicut eni emphiteota vel feudatariꝰ ſoluit tributū regi pro ēphiteoſi vel feudo qḋ tenet ab ipſo: ſic tributū laudis ꝛ orationis ſoluendū eſt deo pro emphiteoſi corporis ꝛ anime quā accepimus in feudo. Mathei. xxij. Reddite que ſunt ceſaris ceſari ꝛ que ſunt dei deo.

¶ Item oratio triplicē figurā aliam valde pulchram.
Eſt enim vir orans.
Sic̄ hō regi portās exeniuꝫ.
Sicut a rege petens iudiciū.
Sicut a rege petēs ſuccurſuꝫ

Eſt itaqꝫ hō qui orat

ſicut ille qui pñtat regi ma-
gnum enceniū ꝛ nobile: vt hō
magnus vel nobiles domicel
lus: ſic oratio ꝛ enceniū adeo
nobile ꝛ magnū ꝙ ſolum dꝫ
preſentari deo: per hoiem ma
gnū. ſ. iuſtū. Hoc eſt. n. officiū
chriſti hois ꝛ mediatoris nr̄i
qui orationes noſtras ꝛ opa
noſtra preſentat deo patri. qđ
figurat dyaconus in eccleſia
vel in miſſa: cū offert thuribu
luꝫ ſacerdoti Hoc eſt officiū
angeli qui noſtras orationes
ſimiliter offert in ꝯſpectu dei
ſicut dixit angelus ad thobiā
tho. xij. qn̄ orabas cū lachry-
mis: ꝛ ſeqtur: ego orationē tu
am offerebā dn̄o. Et ſic regi
nō offert qui ſibi miniſtrat fer
culum cooptū cuꝫ muſcis: ſic
qui orat nō dꝫ regi regū offer
re ferculū cū muſcis. i. cogita
tionibus vanis ꝛ immundis.

Eſt etiā hō qui orat ſi
cut ille qui a rege petit iudici
um. ſic eniꝫ ille qui in iudicio
loqtur dꝫ hēre teſtes de his
que ꝓponit alioquin nō cre-
deretur ſibi vel audiret: imo a
iudice puniret. ſic oratio voca
lis dꝫ hēre teſtimoniū cordis
ſed tn̄ cauēdū eſt ne cor oran
tis ſit falſus vel corruptus te
ſtis corruptione. ſ. iniquitatis:
qꝛ dicitur in pſal. Iniquitatē
ſi aſpexi in corde meo ꝛc̄. ſꝫ ſi
ꝯſcientia bona ꝛ teſtimoniuꝫ
fidele ferat orans: iudiciū pro
ſe reportat. Nā dicit apl's. ij.
Cor. i. Gloria noſtra hec eſt
teſtimoniū cōſcientie noſtre.

Eſt inſup orans ſicut
ille qui a rege in obſidiōe que
rit vel petit ſubcurſum. naꝫ ſi
cut ille qui tenet caſtruꝫ regis
ſi obſideret ab inimicis repu
taretur infidelis: niſi caſtrum
regi denūciaret obſeſſum vel
peteret ſuccurſuꝫ: vel niſi expe
ctaret a rege auxiliū: vł ſi poſt
auxiliū redderet hoſtibus ca-
ſtruꝫ: ſic cū hoſtes viſibiles ꝛ
inuiſibiles obſidēt aiam ten-
tationibꝰ: ſtatim debemꝰ regi
regum nunciū orationis mit
tere: ꝛ obſidionē denūciare: ſi
cut propheta qui dicebat in
pſal. Conſiliū malignantium
obſidit me. Deꝰ enim nō dif-
ferret auxiliū mittere: qꝛ fide-
lis ꝛ ſtatiꝫ faciet ſuccurſuꝫ: cū
ad tentationē fuerit ꝓuentū;
vt dicit apl's. i. ad Cor. x.

Item qui orat debet
clamare.

Sicut clamat paruulus qui
vult vbera.

Sicut clamat catulus cū ſen
tit verbera.
Sicut clamat populus cum
videt pericula.
¶ Eſt itaqꝫ hō qui orat: ſicut
paruulus volens vbera. Nā
ſicut paruulus clamat pro de
ſiderio lactis: ſic viri ſpūales
debēt emittere vlulatū orati-
onis deuote pro vberibꝰ ꝯſo-
lationis diuine. iuxta illud qđ
dicitur Canticoꝝ. i. Meliora
ſunt vbera tua vino.

**Eſt etiaꝫ hō qui orat**
ſicut catulus ſentiēs verbera
Nā ſic catulus ſentiens ver
bera clamat plus cū plus per
cutitur: ſic plus debet clama-
re orando qui a domino tri-
bulationis verbere caſtigať.
Nam dicitur in pſal. Ad do
minum cum tribularer. ⁊c̄.

**Eſt īſuper homo qui**
orat ſicut populus vidēs peri
cula. ſicut enim ꝯſueuit ppl's
clamare p̄cipue pp tria. ſ. con
tra aquā: ignē: ⁊ hoſtes: ſic hō
dꝫ emittere clamorē ꝯtra tri
plex genus tētationis. ſ. cōtra
carnalē ꝯcupiſcentiā que per
ignē figuratur: ꝯtra ꝯcupiſcē
tiaꝫ terrenā ſeu mūdanā: que
per aquā fluētē intelligitur ꝯ
dyabolicā guerrā: que ꝓprie
hoſtis appellať. Nec picula
timebat dō qui dicebat. Pe
ricula inferni inuenerūt me.

**Itē in oratione debe-**
mus os cordis aperire.
Sicut reumaticus aeri.
Sicut pulliculus matri.
Sicut infantulus nutrici.
¶ Eſt itaqꝫ orās ſicut homo
reumaticus qui nares hꝫ ſtri
ctas: neceſſaria eſt. n. ad reſpi
randum apertioris. ſic qui hꝫ
impfectū odoratū ſ. deſiderij
celeſtis dꝫ aperire os: ⁊ emit
tere vocē orationis. Nam di
cit propheta in pſal. Os meū
aperui: ⁊ attraxi ſpiritum.

**Eſt etiā os aperiēduꝫ**
orationi ſicut infans apit os
nutrici. ſicut nutrix paſcere in
fantē nō poſſet: ſi puer os nō
aperiret: ſic ſi volumus nutri
mentū vite ſuſcipere: orando
aperiamus os noſtrū ad nu-
trimentum vite eterne. ſ. gra-
tie diuine: vt dicit Sap. xvi.

**Eſt inſup hō qui orat**
ſicut pulliculus qui qn̄ ſentit
venire matrē: aperit roſtrum
verſus celū: ſic cū frequenter
viſitet nos deꝰ per inſpiratio-
nē ſuaꝫ: quaſi ſemp debemus
hēre os apertū per orationeꝫ

deuotã.ſicut dicit apoſtolus prime ad Theſſal.v. Sine intermiſſione orate. Et de viro iuſto dicitur Eccl'iaſtici.xxxix. Aperiet os ſuũ in oratione:⁊ pro delictis ſuis depcabitur.

¶ Item oratio eſt.
Sicut armatura militẽ ornãs.
Sicut lucerna viã demõſtrãs.
Sicut colũba oliuã portans.

Eſt itaq3 oratio ſicut armatura. Nã ſicut miles nõ exit ſine armis ad bellum:ita ſine armis orationis nullomõ debem⁹ intrare tẽtationis cõflictũ. In cuius figura dicitur Exodi.xvij.q̃ moyſe eleuãde man⁹ad orationem:vincebat iſrl':⁊ cũ remittebat man⁹ſuperabat amalech.i.dyabolus.

Eſt aũt oratio ſicut lucerna viã demõſtrans. Nam ſicut lucerna eſt neceſſaria in tenebris:ſic oratio in reb⁹ dubijs. In cui⁹ figura mulier illa euãgelica.i.aia deuota accẽdit lucernã:⁊ inuenit dragmã Luc.v. Lucerna eſt orationis inſtãtia:dragma vero eſt gr̃a diuina:quaſi perdita fuerit:reperit cũ oratione deuota. Et ſicut lucerna dirigit greſſus: ſic oratio dirigit omne bonũ opus. Unde dicit Jeroñ.ad paulum. In principio cuiuſlibet opis boni premitte ſignũ crucis in fronte cum oratione dominica.

Eſt inſup oratio ſicut colũba que reuerſa eſt ad archam cum oliua. Geñ.viij. Naz ſicut illa denũciauit pacem:⁊ iam ceſſaſſe diluuium: ſic oratio denũciat penitenti diuinã reconciliationem ⁊ veniam peccatoꝝ:⁊ ſicut columba illa portauit ramum oliue: ſic oratio ramum diuine gratie:⁊ ſicut columba habet duplicem alam:ſic oratio hz duplices alas.ſcilicet ieiuniũ ⁊ elemoſynã. Unde dicitur in pſal. Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbe: ⁊ volabo : per orationem ⁊ requieſcam per deuotionem.

¶ De ieiunio.capitulũ.xv.

De ieiunio nota ſpecialiter tria.
Quibus ieiuniũ comparatur
Quid in ieiunio reprobatur
Quale ieiuniũ cõmendantur

¶ Primo enim comparatur ieiunium pluribus ⁊ ſpecialiter trib⁹. Eſt ei ſicut parcitas ignis vel lignorum ſub olla.
Sicut agilitas in nauicula.
Sicut concauitas in vielle.

¶ Eſt itaqȝ ieiuniū ſicut par
citas ignis vel lignoꝝ ſub ol-
la: ſicut.n.ſubtrahendo ligna
vel ignē de ſub olla ceſſat ci⁹
bullitio:ſic corpori ſubtrahen
do cibaria ceſſat tentatio car-
nis. ¶ Unde verſus. Luxuri
Nota at raro:non bene paſta caro.
Vñ nota q̄ ācilla ꝓuida tri-
pliciter īpedit ebullitionē olle
ſ.ligna ſubtrahēdo:aquā īfun
dēdo:⁊ q̄ ſunt in olla mouen-
do:ſic aīa penitēs iſtar ācille
cōtra ebullitionē carnalis cō
cupiſcētie dȝ ligna ſubtraheꝛ
pace comedēdo. ¶ Vñ verſ⁹.
Subtrahe ligna foco:ſi vis ex
extinguere flamam.
¶ Debet aquā infundere ad
litterā:aquā bibēdo vinū be-
ne limphatū. Dȝ ollā moue-
re:ſe vtiliter occupādo. Un-
de dicit apl's ſcđe Coꝝ.xj. In
laboribus:in ieiunijs:in vigi-
lijs.ſ.occupemus nos. Nam
caro noſtra ad flatum dyabo
lis ſicut carbo ignis accendi
tur : ⁊ ſicut olle ſuccenſe atqȝ
feruentes. Vñ dr̄ iob.xlj. Ali
tus eius prunas ardere facit.

Eſt etiaȝ ieiuniū ſicut
agilitas ī auicula. Nā ſic auiſ
macillēta eſt agilis ad fugien
dū ac pitrem ad volatū ſubli
mem:ſic mens hominis ieiu
nātis ⁊ abſtinentis:eſt habi-
lis ad fugiēdū accipitrē ideſt
hoſtis tentationē ad ſublimē
volatū contemplationis. De
tali dicitur in pſal. Volauit
ſup pēnas ventorum. volauit
fugiēdo tētationē.⁊ volauit ſe
eleuādo ad ꝯtēplationē. E cō
trario vero eſt de aue graui ⁊
pingui:ſicut de coturnice tpe
videmiaꝝ: que nō pōt accipi
trē fugere:nec alto volare: ſic
hoies carni dditi: nec bñ pñt
tētationē dyaboli vitare: nec
bñ celeſtia cōtēplari. Vñ in
figura iſtoꝝ helyas ieiunauit.
xl.dieb⁹.⁊.xl.noctibus vt. ſ.ꝑ-
ſecutionē iezabel euaderet:⁊
ad mōtē dei oreb celeriter ꝑ
ueniret:vt legitur tertij. Re-
gū.xix. Helyas ī figura figāt
aiaȝ hois abſtinētis: ꝑſecutio
iezabel:deſignat tētatiōis car
nis.mons dei oreb ſignificat
ſublimitatē contēplationis.

Eſt etiaȝ ieiuniū ſicut
cōcauitas ī viella. Nā ſic viel
la niſi eēt ꝯcaua: ⁊ corde ſuꝑ
extēſe:nō eēt ſonoroſa:ſic hō
niſi ſit vacu⁹ ꝑ abſtinētiā:⁊ ex
tēſus ꝑ rigidā pniam: nō red
dit ſonoroſaȝ:diuīe laudiſ me
lodiā. Vñ ī figura hui⁹ dixit

dñs moyſi.Exo.xxvij. q᷑ face
ret altare cōcauum:nō ſolidū
ſed inane.Concauū altare eſt
cor penitentis.vbi dʒ imolari
ſacrificiū ꝯtritionis:ꝛ ſacrifi-
cium laudis:qđ quideʒ nō dʒ
eſſe ſolidū.i.delitijs plenū:ſed
inane ꝛ concauuʒ.i.penitētia
ꝛ ieiunio attenuatum.

Item ieiunium eſt.

Summum remediū ad expi
andum morbum.

Bonum conſilium ad effugi
endum lupum.

Certum ingenium ad impu-
gnandum caſtrum.

Eſt itaqʒ ieiunium re
mediū valde ſanū ad curan-
dum morbū. Nā ſicut lex pri
ma medicoꝝ infirmantibꝰ cor
poraliter eſt dieta:ſic p̄mū au
xiliū vexatis febribus tentati
onis:eſt ieiuniuʒ ꝛ abſtinētia.
Vñ ieiuniū ponit̄ primo iter
opa p̄nie que ſuadet ſummus
ille ypocras.ſ.deꝰ in ſuis am-
phoriſmis. Johelis.ij. Cōuer
timini inqt ad me in toto cor
de veſtro:in ieiunio ꝛc̄.

Eſt etiā ieiuniū valde
bonū ꝯſiliū a fugandū lupuʒ.
ſicut enim vulgo dr̄. Fames
eijcit lupū de nemore: ſic ab-
ſtinentia ꝛ ieiuniū fugāt dya
bolū ab hoie. Vñ dr̄ Marci
ix. Hoc genus demonioꝝ nō
eijcit̄ niſi in ieiunio ꝛ oratiōe.
Nam oratio fugat peſtes cor
dis:ꝛ ieiuniū peſtes corporis:
vt dic̄ Aug. In figura ēt huiꝰ
Judith ieiunans occidit holo
fernez:vt dr̄ Judith. xiij.ꝛ.ix.
Judith que ꝯfitens interp̄ta
tur:ſigāt penitentem:qui pctā
ſua cōfitet̄. Holofernes queʒ
Judith ieiunās occidit: ſigāt
dyaboluʒ qui cōfeſſione ꝛ ab
ſtinentia ſuperatur.

Eſt inſuper ieiunium
valde certū ingeniū ad expu-
gnandū caſtrū:ſicut enim nō
eſt adeo forte caſtrum qđ nō
poſſit expugnari ſi poſſent ei
victualia ſubtrahi:ſic non eſt
adeo rebellis ſpūi qn ſubtra-
hēdo cibaria nō valeat a ſpū
ſubiugari.Caro ſiquideʒ nr̄a:
caſtruʒ dyaboli eſt que ſemꝑ
rebellat ꝯtra ſpm̄. De hoc ca
ſtro dr̄ Luc.xi.Cum fortis ar
matus.ſ.cuſtodit atriū ſuum.
Atriū dyaboli eſt caſtrū cor-
poris imūdi. tūc in pace ſunt
oia que poſſidet.hn̄s.ſ.turres
ſupbie:foſſatū auaritie:rupes
inuidie.hn̄s pro muro defen-
ſionē culpe ꝓprie: hn̄s ēt por
tas ꝯuerſatiōis idiſciplinate:

habens pacē peruerſaȝ intrin ſecus delectationis imūde:ſȝ tñ quātūcunqȝ muniatur:per ieiuniū vt dictum eſt ſubtrahendo cibaria expugnatur.

Itē nota ꝙ quattuor in ieiunio reprobātur.ſ.

Cum ieiunans vacat culpe.
Cum ieiunans inhiat fame.
Cum ieiunans parcit burſe.
Cum ieiunans ſeruit gule.

¶ Eſt igiť reprobandū in ieiunio:cū ieiunās vacat peccato: qui enim ieiunat a cibo:ꝛ nō abſtinet a pctō:ſimilis ē dyabolo cui eſca nō eſt: ꝛ malitia ſemꝑ ineſt.vt dicit yſido. De hoc ieiunio dř Iſa.lviij. Hoc eſt ieiuniuȝ qđ elegi.Diſſolue colligationes ipietatis . ſolue faſciculos deprimentes. Sed in eodē dicitur. Ecce ad lites ꝛ contentiones ieiunatis.

Eſt etiaȝ in ieiunio reprobanduȝ qñ ieiunās querit ex hoc laudem humanā ꝛ glorie tranſitorie famā.Naȝ qui ieiunat ꝑpter humanā laudē de hoc qđ ſubtrahit vni hoſti paſcit duplicē hoſtē:qđ enim vnico aduerſario.ſ.carni ſubtrahiť per ieiuniū:de hoc paſcit alios duos.ſ.dyabolum ꝛ mundū.tale erat ieiuniū phariſeoꝝ:de quib⁹ diciť Matth. vi.Cuȝ ieiunatis nolite fieri ſicut ypocrite triſtes : extermiñant eniȝ facies ſuas vt appareant hoībus ieiunantes ꝛc̄.

Eſt tertio reprobādū valde in ieiunio qñ ieiunans: ideo ieiunat vt parcat burſe. talis eniȝ nihil aliud videť facere:niſi qđ ſubtrahit ſibi:ponit in ore dyaboli.i.in burſa que eſt os dyaboli. Vñ auarus videť multū diligere dyboluȝ:qñ ſubtrahit ori ꝓprio vñ paſcat ꝛ ipinguet ipm̄.tale ieiuniū reputat ſapiēs iſeliciſſimū.Ecc̄.vi.dicēs. Viro cui dederit de⁹ diuitias:ſubſtātiā ꝛ honorē:ꝛ nihil deeſt anime ſue ex omnib⁹ que deſiderat: nec tribuit ei de⁹ poteſtatē vt comedat ex eo:ſȝ homo extraneus vorabit illud:hoc vanitas ꝛ magna miſeria eſt.

Eſt inſuꝑ reprobādū in ieiunio:qñ ieiunās:ideo ieiunat vt deo ſuo.ſ.gule ſuiat ꝛ ventri:qđ fit ꝑcipue tribus modis.Quidā enim ſunt qui ideo ieiunāt vt poſtea melius comedant:tales nihil aliud faciunt niſi ꝙ ſolēnitatē dei ſui ſcilicet vētris preueniūt vigilia ieiunij deteſtabilis. Sunt

etiam alij qui tpe ieiunij querūt magis delicata cibaria ⁊ tunc volunt comedere ſplendidius ⁊ lautius ⁊ tantū vna vice comedunt: quātū in duabus: quādo nō ieiunant: ⁊ tales talem gratiā ſolum faciūt deo.ſ.q̄ duos obolos dant ſibi ꝓ vno denario: ⁊ eādē grāz facerent iudeo vel ſarraceno.

Sunt nihilominus aliqui qui trib⁹ dieb⁹ plus manducant pro vno miſerrimo ieiunio qđ ieiunāt. Nā die precedenti dicat: cras ieiunabimus. Die ſequenti dicūt: heri ieiunauimus. Die ipſius ieiunij dicunt hodie ieiunamus. Et ita defraudant deuz: quia pro tribus obolis nō ſoluunt niſi vnum denarium. De talibus conqueritur dominus Oſee.xi. Circūuenit me in negociatione ſua effraim. De tali ieiunio poteſt itelligi qđ dicitur Iſaye.lviij. Nolite ieiunare ſicut ad hanc diem.

Item triplex ieiuniuz in ſacro eloquio cōmendat.ſ.
Bonum.
Melius.⁊
Optimum.

¶ Bonum eſt quādo quis ieiunat pro ſatiſfactione peccati Melius: quādo quis ieiunat ad honorem dei. Optimum: quando quis ieiunat cū exercitio boni operis.

Bonū igitur dicitur qn̄ quis iam poſt mortē peccati per contritionem ⁊ cōfeſſionem reſurrexit ⁊ in caritate exiſtit: ⁊ ieiunat pro peccatis que fecit. ſi autem caritatē nō habet: bonū amittit quod habet: quia dicitur.i.Cor.xiij. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam caritatē autem non habeam: nihil mihi prodeſt. ⁊ offert q̄ſi cadauer mortuum deo qui ieiunat in peccato mortali: cum debemus deo offerre corpora noſtra hoſtiam viuentem. vt dicit apoſtolus ad Romanos.xij.

Melius vero ieiuniū vocatur qđ ad dei honorez ⁊ ſanctoꝝ ſuoꝝ gratis ⁊ cuz deuotione celebrat. De quo intelligitur qđ ſcribit Matth.vi. Tu aūt cum ieiunas vnge caput tuuz.ſ.oleo vnctuoſe cōpaſſionis: ⁊ faciem tuam laua aqua lachryme contritionis: vt dicit gloſa. Deo ieiunat: qui pro eius amore ſe macerat. ⁊ qui quod ſibi ſubtrahit: pauperibus elargitur.

Optimū ieiuniū dicit̄ qn̄ hō̄ exterioꝛ ieiunat:ꝛ hō̄ interioꝛ oꝛat:vt dicit yſido.ꝛ qn̄ quis ieiunat ex vna pte ieiunādo macerat coꝛpus:ꝛ ex altera pte bona agere nō̄ ceſſat: ꝯtra aliquos qui nihil pn̄t facere cum ieiunāt imo tūc ludunt ad ſcacos:vt ieiuniū nō̄ ſentiāt:ꝛ ſic ociādo ociū vitāt. ꝯtra hoc qḋ dicit boetius: ꝙ pꝛo ocio vitando: ocia ſectari ridiculoſuꝫ eſt. Jeiuniū bonū ſignificatur per ieiuniū moyſi Exo.xxxij. Jeiuniū meli⁹ ſignificatur per ieiunium helye.iij. Regū.xix. Jeiuniū optimum ſignificatur per ieiuniū chriſti. Matthei.iiij.

¶ De elemoſyna.capl̄m.xvi.

E elemoſyna q̄tuoꝛ ſunt ſpecialiter notanda:ſcilicet.

Typus elegans.
Motus ſtimulans.
Modus regulans.ꝛ
Fructus abundans

¶ Habet ergo elemoſyna typum vel ſimilitudinem elegātem:ꝛ ſpecialiter triplicem.

¶ Eſt enim elemoſyna.
Sicut lumen radioſum.
Sicut lumen copioſuꝫ.
Sicut ſemen fructuoſum.

Eſt itaqꝫ elemoſyna ſicut lumen radioſum. Nā ſicut lumen ſerenat aerē:ſic elemoſyna ſerenat mentē:ꝛ ſicut lumen fugat oē̄m tenebrā:ſic elemoſyna fugat oē̄m culpaꝫ: ꝛ ſic lumē dꝫ poꝛtari:nō̄ poſt: ſed ante hoiem ſic hō̄ pꝛudēs facit elemoſynā in vita ſua nō̄ poſt moꝛtē. Qui aūt elemoſynā nō̄ facit in vita ſua ſꝫ poſt moꝛtē ſuā: ſimilis eſt hoi qui poſt tergū vult poꝛtare lumē i.lucernā. Dicit enim ſapiens Eccleſiaſtici.xiiij. Ante moꝛtē benefac amico tuo.i.anie tue. vel chꝛiſto in ſuis membꝛis.

Eſt etiam elemoſyna ſicut flumen. Nā ſicut flumē manat ex influētia fontis:ſic elemoſyna ex influētia pietatis:ꝛ ſicut fons vn̄ manat fluuius per occultos meat⁹ pꝛocedit a mari:ſic pietas hominis vn̄ manat elemoſyna per occultaꝫ inſpirationē venit ex gratia dei:ꝛ ſic elemoſyna venit a deo:ꝛ dat̄ deo. Nā dicit Sap̄. Eccl̄iaſtes.i. Ad locum vn̄ exeunt flumina revertunt̄: vt iteꝝ fluant. Et ſicut flumē qn̄qꝫ exit extra ripas: nec eſt ꝯtentum ꝓpꝛijs alueis:ita interdū elemoſyna dāda eſt bo

nis indifferenter ⁊ malis: maxime tempore neceſſitatis. Sicut pater celeſtis qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. vt dicit Math. v.

Eſt inſup elemoſyna ſic ſemen. Et nota q̄ ſex ſunt quibus elemoſyna bene ſemini comparatur.

Primo: q2 ſicut ſemē debet abſcōdi: ita elemoſyna debet occulte dari. Nā dicit Eccleſiaſtici xxix. Cōclude elemoſynam in ſinu pauperis.

Secundo: q2 ſicut ſemen videt perdi: tñ cuȝ poti9 renouet: ſic elemoſyna videtur amitti cū dat: que tñ tunc optime ſuatur ⁊ theſaurizat in theſauro paradiſi. Vñ dicitur Eccleſiaſtici. xxix. Perde pecuniam propter fratrem.

Tertio ſemen cū feno re ſurgit: ſic qui dat elemoſynā a deo cētuplū accipiet. qḋ dicitur Prouer. xix. Fenerat dño qui miſeret proximo gloſa: centuplum accepturus.

Quarto ſemen qḋ eſt precioſum ſicut triticū in vno anno ſeritur: ⁊ in alio metitur vile vero ſicut ordeū ⁊ miliū: in codeȝ anno metitur ⁊ ſeminatur. ſic elemoſyna precioſa eſt que hic in āno grē ſeritur: ſed fructus ei9 in alio anno. ſ. glorie expectat. Vilis vero reſpectu hui9 videt elemoſyna illa que in pſenti remuneratur quia dicit ſaluator Math. vi. Amen dico vobis ceperunt mercedē ſuā. Precioſa vero nō ſolum in pſenti ⁊ temporaliter: ſed etiaȝ remuneratur eternaliter: q2 dicit apoſtolus prime ad Thimo. iiij. q̄ pietas ad oīa vtilis eſt: promiſſioneȝ hñs vite que nūc eſt ⁊ futere.

Quīto ſemē gelu preſſum ⁊ retardatū pfert vberiorē fructū: ſic elemoſyna quā quis facit dū ſuſtinet tribulationē: vberiorē eſt habitura repromiſſionē ſeu fructū: vel remunerationē. Vñ dicitur in pſal. Euntes ibant ⁊ flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem ⁊c̄.

Sexto ſemen ſuſtinet moleſtias multas ſicut gelu grādines ⁊ pluuias. ſic homo qui libens elemoſynam dat: cum cor habeat compaſſione plenum: talis ſuſtinet oēs neceſſitas paupeꝝ: ⁊ miſerias afflictoꝝ. In cui9 perſona dicit

apoſtolus.ij.Coꝛ.xi.Quis in firmatur ⁊ ego nõ infirmoꝛ?
¶ Item elemoſynarius eſt.
Sicut arboꝛ que fructuꝫ facit
Sicut nutrix que pueꝝ nutrit
Sicut mercatoꝛ qui merces vendit.
¶ Eſt itaqꝫ bon⁹ elemoſynarius vt arboꝛ:ſic.n. arboꝛ melius creſcit ⁊ fructificat dū ab ea reſecantur ſupflua:ſic diuites melius ꝓficiunt in gratia reſecantes diuitias ſuas.ſ.dādo elemoſynam que eſt de ſuperfluis dāda vel facienda:ſicut' dicit̃.Luc.xi.Quod ſupeſt date elemoſynā.Et ſicut agricola tolerat in vinea aliquas infructuoſas arboꝛes que ſuſtinēt vites:ſic ſummus agricola de⁹ in vinea ſua.ſ.in eccleſia tolerat multos diuiteſ:qui cum eoꝝ elemoſyna ſuſtētant pauperes. Vñ dicit̃ Marci.xij.Vineā paſtinauit hō. In vinea ſiquidē nō ſolum ſunt vites que fructificāt:imo ⁊ paxilliaridi:ſic in ecc̃lia dei ſunt peccatoꝛes ⁊ iniuſti qui vites fructificantes ideſt iuſtos ſuis elemoſynis ſuſtentant.

Homo etiaꝫ elemoſynarius eſt ſicut nutrix que lactat pueꝝ. Nā ſicut nutrices conſueuerunt impinguari vt abundet in lacte:⁊ bñ nutriūt pueros:ſic dñs impinguat diuites bonis tpalib⁹:vt abundent in lacte cōpaſſionis ⁊ nutriant filios.i.pauperes ſuos. Vñ dr̃ in pſal. Impinguaſti in oleo caput meū.Tunc eniꝫ dñs oleo caput hois impinguat:qñ menteꝫ ad pauperes oleo compaſſionis humectat.

**Matthe⁹ dixit.** Sā ctorū cōmunionē. Iſte articu lus pertinet in preſenti ad ſpi ritum ſctm̄: qꝛ ſpm̄ ſctm̄ perti net in ſanctoꝝ cōmunionē.i. vnionē mēbroꝝ in corpore ec cleſie ad caput.ſ.ad xp̄m. ꝛ ad alia mēbra in corpore natura li.i.fideliū adinuicē. ſicut ſpiri tus bonus vnit mēbra in cor pore naturali: ſic ſpūs ſanct⁹ vnit mēbra ſpūalia.ſ.fideles i corpore miſtico. qꝺ eſt eccle ſia. Vnde ſenſus hui⁹ articu li eſt credo ſanctorū cōmuni onē.i.credo ꝙ ſancti.i.fideleſ. tanꝗ̄ vnius corporis eccleſie mēbra cōicant.i.vniūtur ſibi ꝛ capiti ſuo ꝛ hoc per ſpm̄ ſan ctū. ¶ Et nota ꝙ triplex eſt cō munio quā fideles debent ha bere adinuicem.ſ. Cōionem vnius corporis. quia faciunt vnum corpus. Et cōionem ſocietatis ex qua ſocietate ve nit ꝙ quilibet qui eſt de cor pore eccleſie partem habet in oibus bonis que fiūt i eccl'ia. ¶ Tertia cōio eſt mutue ſup portationis qꝛ vn⁹ debet ſup portare onus alterius: ſcilicet mala per patientiā: ꝛ bona cō municar̄ ꝑ elemoſinaꝝ largi tionē. Vn̄ dr̄ ad Galathas. vi. Alter alteri⁹ onera portate.

**Symon dixit.** Remiſ ſioneꝫ peccatoruꝫ: ſcilicet cre do. Iſte eſt tertius articulus pertinens ad ſpiritū ſanctuꝫ. Per ſpiritū ſanctū eniꝫ qui eſt benignitas ipſa in baptiſ mo ꝛ in penitentia remittun-

tur peccata. Et nota ꝙ pecca
ta remittuntur: lauantur ⁊ tol
lūtur: remittūtur q̄ꝫtū ad cul-
pā: lauātur q̄ꝫtū ad maculaꝫ:
tolluntur q̄ꝫtum ad penam.

Judas thadeus dixit
Carnis reſurrectionē. Iſte ē
q̄rtus articulus pertinens ad
ſpm̄ ſctm̄ in futuro: q̄ꝫtū ad re
munerationē corpis. Et nota
ꝙ in ſeruitio regis qui p̄t red
dere vel reſtituere equū: ſi cō
tingat eū mori in bello: p̄t mi
les ſecure exponere eū pro ip
ſo rege ⁊ duce ſuo. ſic nos equ
um noſtrū. i. corpus ꝓpriū. ſe
cure poſſumus exponere pro
xpo: q2 ipſe poteſt equū redde
re. i. corpꝰ reſtitueṙ. i. reſuſcitaṙ.

Matthias dixit. Ui
tā eternā amē. Iſte. n. eſt qui
tus ⁊ vltimꝰ articulus perti-
nens ad ſpirituꝫ ſctm̄ in futu-
ro q̄ꝫtuꝫ ad remunerationem
anime vł etiā vtriuſqꝫ. Et no
ta ꝙ ſollicitus eſt homo ad ꝓ
uidendū huic miſere vite trā-
ſitorie: multomagis debet eſ
ſe ſollicitus ad prouidendū il
li vite que nunq̄ꝫ poterit finē
habere. Unde ſciendū eſt ꝙ
tribus modis prouideṙ huic
tpali vite. ſ. mēdicādo laborā-
do: mutuū accipiendo. Ibi. n.
non eſt locus mēdicādi ſic vt
patet de diuite epulōe qui vo
luit mēdicare guttam aque: ⁊
nō potuit obtinere Luce. xvi.
Ibi etiā nō eſt locus laboran
di. Ideo dicitur Jo. ix. Venit
nox. qn̄ nemo p̄t operari. Ibi
nihilominus nō eſt locus mu
tuuꝫ accipiendi vel emendi:
vt patet de fatuis virginibus:
que. voluerunt mutuo habe-
re vel emere oleū: ⁊ non po-
tuerūt habere. Et ita qui nō
vult hic prouidere per bona
opera: egeſtateꝫ eternā patie-
tur in illa vita eterna. Ideo di
cit ſaluator Matth. vi. Pri-
mū querite regnuꝫ dei. ⁊ iu-
ſtitiā eius: ⁊ hec omnia addu
centur vobis ⁊c̄.

¶ De ſpe. ca. xxvij.

Spes eſt future
btitudinis certa expecta
tio ex dei gr̄a ⁊ ex meritis ꝓ
ueniēs. Libro tertio ſniaruꝫ.
¶ De ſpe nota p̄cipue tria. ſ.
Typū comparationis.
Fetū generationis.
Fructū operationis.
¶ Primo ergo ſpes cōpara
tur tribus. Spes eniꝫ eſt.
Sicut colūna domuꝫ firmās
Sicut galea caput armās
Sicut āchora naueꝫ ſeruās.

¶ Spes itaqꝫ ē ſicut colūna que domū ſuſtentat. Nā colūna debꝫ eſſe ſolida: ⁊ de forti ligno non fragilis ⁊ vacua: vt arundo: ſic ſpes que eſt in deo qꝛ eſt ſolida: eſt q̄ſi de forti ligno: ⁊ facit edificiū ſolide ſed ſpes que eſt in mūdo: eſt fragilis ⁊ vacua: ⁊ q̄ſi de arūdine: ⁊ iō facit edificiū ruinoſuꝫ. Nā dr̄ Prouer. xi. Qui confidit in diuitijs ſuis: corruet. Sic ſupuacua ⁊ fragilis ſpes eſt fiducia annoꝝ amicorū: qꝛ dr̄ Jere. xvij. Maledictus homo qui ꝯfidit in hoie ⁊ ponit carnem ſuā .i. carnalē hominē brachiū ſuū .i. fiduciam vel auxiliū: quod eſt in ſolo deo collaucandum.

Spes etiam eſt ſicut galea. Nā ſicut galea eſt munimentuꝫ capitis: ſic ſpes eſt armatura intentionis. Vnde dicit apl's .i. Theſſa. v. Induite galeā ſpeꝫ ſalutis.

Spes nihilominꝰ eſt ſicut āchora. Nā ſicut āchora ſeruat nauē contra procellas fluctuū: ſic ſpes mentem contra tentationis impulſuꝫ. Et ideo dicit̄ ad Heb. vi. Cōfugiamus ad tenendā ꝓpoſitā ſpem quā ſicut anchoram anime habemuſ tutā ⁊ firmā.

Item ſpes tribꝰ aliis comparatur. Eſt enim.
Sicut arbor fructuoſa
Sicut gemma precioſa
Sicut mola virtuoſa.

¶ Spes ergo eſt ſicut arbor fructuoſa. Nā ſicut arbor ꝓfert vberes fructus que habꝫ irriguū aquaꝝ viuentium: ſic ſpes profert fructus bonoruꝫ operum: que ſita eſt ⁊ plātata iuxta irriguū aquarum. Vnde dicitur in pſal. Ego auteꝫ ſicut oliua fructifera i domo dei: ſperaui in miſericordia dei mei.

Spes .n. ē ſicut margarita vel gemma. Nam ſicut gemma eſt grata: ſic ſpes eſt deo placita. ſicut gemma habet valorem magnum: ſic ſpes facit hominem precioſum. ⁊ ſicut gemma eſt perlucida: ſic ſpes eſt quodammodo dyaphana. qꝛ per eam videntur ⁊ ſperantur loca celeſtia. De ipſa dicit̄ Prouer. xvij. Gemma gratiſſima expectatio poſtulantis.

Spes nihilominus ē ſicut mola. Et nota ꝙ due ſunt molle ſpirituales: ſcilicet

Timor ſupplicij.ꝛ Spes pre mij. Timor eſt molla ſuperior que premit animam ne eua neſcat per elationē. Spes eſt molla inferior que animam ſuſtinet ne deficiat per deſpe rationem. Iſtas duas mollas debet penitens coniungere. ſi cut dd' que dicebat in pſal. Ab altitudine diei ſcilicet a die iudicij timebo. Ecce mol la ſuperior: ergo vero i te ſpe rabo. ecce molla iferior. Vn de vna ſine altera non valet. Et ideo in figura huius dici tur Deut. xxiiij. Nō accipies loco pignoris inferiorem ꝛ ſu periorem mollā: ideſt ſpem ꝛ timorem non ſubtrahas pec catori. Et iter iſtas duas mol las fit optima mollitura triti ci. i. perfecta: contritio peccati.

¶ De prudentia. ca. xxviij.

Rudētia eſt appe tendaꝝ rerū. fugienda rumqꝫ ſcientia. Tulius in li bro de officijs.

De prudentia nota ſpecialiter tria: ſcilicet.
Typum decentiſſimū.
Actū vtiliſſimuꝫ.
Partum nobiliſſimuꝫ.

¶ Habet auteꝫ prudentia ty pum multiplicem ꝛ elegātem

Comparatur autem ſpeciali ter tria: ſcilicet.
Aſſeſſori iudicis.
Quattuor etiam minimis. ꝛ
Aſtutie ſerpentis.

¶ Prudentia quidem eſt ſi cut aſſeſſor iudicis vel regis. Nam ſicut aſſeſſor iudican do dirigit iudicem vel regeꝫ: ſic prudentia rationem ꝛ ſi cut aſſeſſore abſente: interduꝫ peruertitur iudiciuꝫ regis: ſic cum abeſt prudentia peruerti tur iudicium rationis. Vn de dicitur Prouerbiorum. xxviij. Dux indigens pruden tia multos opprimet per ca lumniam.

Prudentia etiam cō paratur qͣttuor minimis ter re. De quibus dicitur Pro uerbioruꝫ. xxx. Quattuor ſunt minima terre: ꝛ ipſa ſunt ſapi entior a ſapientibus: ſcilicet.
Formica.
Lepuſculus.
Stellio vel lacertus. ꝛ
Locuſta.

Nā vt prudens dicitur formi ca ratione prudentie.

¶ Et nota qꝫ formica habet decē laudabilia: ꝛ a viris pru dentibus imitanda.
Formica eſt animal paruum

vel modicum: in quo lauda-
tur humilitas.
Orando paſcitur:in quo do
cetur honeſtas.
Socios adiuuat in quo lau-
datur caritas.
Sollicita ē: in quo laudatur
prudentia.
Nunq̄ʒ eſt ocioſa:in quo cō-
mendatur occupatio.
Grana detruncat ne germi
nent vel putreſcāt:in quo mō
ſtratur carnis aflictio.
Tēpore ymbris grana abſcō
dit:in quo docetur fuga ten-
tationis. Tempoꝛ ſereno gra
num ſoli exponit:in quo lau-
datur virtus orationis. Pō
dus portat maius q̄ʒ ipſa ſit:
in quo monſtratur zelus cō-
paſſionis. De ipſa dr̄ Pro-
uer.vi. O piger vade ad for-
micā.ꝛ diſce ſapientiam: que
cū non habeat duceʒ:nec pre
ceptoreʒ:nec principeʒ. parat
in eſtate.ꝛ congregat in meſ-
ſe cibuʒ ſibi.ſcilicet in in meſ
ſe gratie cibum glorie ſem-
piterne.

## Item prudentia com

paratur lepuſculo ratione cō
fidentie quā homo prudens
habʒ ſolū in deo:ſicut epuſcu
lus locat in petra cubile ſuū.
vt dicitur Prouer.xxx.ita ho
mo in chriſto. Petra autem
erat chriſtus.vt dicit apoſto-
lus prime Cor.x.
¶ Prudentia etiam compa
ratur ſtellioni. Nā ſtellio vel
lacertus q̄ alas nō habet:vn
guibus vł manibus vtitur:in
quo diligētia operationis lau
datur. Naʒ in viro prudente
diligentia in operatione:ſup-
plet defectum nature.
¶ Prudens nihilominꝰ cō-
paratur locuſte. Nā ſicut lo-
cuſta habet volatū recidiuuʒ.
volat.n.ad alta ꝛ ſtatim cadit
yma ſic prudēs volat ad alta
per deſideriū patrie celeſtis:ꝛ
cadit ad yma per conſiderati
onē ꝓprie fragilitatis. Iuxta
illḋ pſal. Aſcēdit vſqʒ ad celoſ
ꝛ deſcēdit vſqʒ ad abyſſos.

## Prudentia tertio cō

paraꝛ aſtutie ſerpētis. Et no-
ta ꝙ qnqʒ aſtutijs vtiꝛ ſerpēs
q̄s: vir prudens imitaꝛ. Pria
aſtutia ſerpētis ē:cuſtodia ca
pitis. Nā caput ſūme cuſto-
dit:pro quo ſeruādo totū cor
pus exponit.ſic ſancti xp̄m q
eſt caput noſtrū ſumme cuſto
diūt:ꝛ pro ipſo omnia alia ex-
ponūt.ſicut apl's qui dicebat
ad Philip.iij. Que mihi fue

runt lucra. hec arbitratus ſuz propter chriſtū: detrimenta.

Secunda aſtutia ſerpētis: eſt depoſitio pellis. ponit. n. ſe in arto foramine: vbi renouat depoſita veteri pelle ſic ſancti in arto pnie ſeipſos incarcerant: vt veterē cōuerſationē deponāt ſicut monet apoſtolus ad Ephe. iiij. Deponite vos ſecūdū priſtinā cōuerſationez veterez hominez: qui corrumpitur ſecūdum deſideria erroris.

Tertia aſtutia ſerpentis: eſt deluſio incantatoris. Deludit. n. incātatorez: obturando vnā aurem cum terra: et aliā cū cauda: vt dicit i pſal. Sicut aſpidis ſurde et obturātis aures ſuas. ſic viri ſancti et prudentes deludunt incātatorez idest tentationez dyaboli: qr vnā aurez obturāt cauda: ideſt memoria mortis. Eccleſiaſtici. vij. Memorare nouiſſima tua: et in eternū non peccabis et aliam obturant terra. ideſt conderatione proprie fragilitatis. Geneſ. iij. Puluis es: et in puluerem reuerteris eſt.

Quarta aſtutia ſerpētis eſt inſidiatio pedis inſidiatur eniz calcaneo non capiti. ſic viri ſancti ſuperāt deſideria carnis: attēdentes qs finis delectationis. ſcz mors imortalis vel infernalis. Iuxta illud ad Ro. vi. Finis illoruz mors.

Quinta aſtutia ſerpētis eſt fuga mulieris. Nam ſicut propter inimicitias eius fugit et latitat ſub ſpinis: ſic et viri ſancti propter inimicitias fornicationis fugiunt conſortiuz mulieruz et latitāt ſub ſpinis penitentie ſecūdū conſiliū apoſtoli prime Cor. vi. Fugite fornicationez. Ad imitādas iſtas ſerpētis aſtutias dic ſaluator Matth. x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes: qs habent cuz mulierez fugiunt: et latitāt. Et ne ſerpentis aſtutia fiat virulenta tēperat eā ſimplicitas columbina. vnde addit et ſimplices ſicut columbe.

¶ De tēperātia. cap. xxix.

Temperātia eſt nihil appetere vnde ſit penitenduz: in nullo modum vel legez excedere: ſub iugo rationis cupiditatē domare. Macrobius.

De temperantia nota ſpecialiter tria:ſcilicet.
Eius typum nobilem.
Eius partum fertilem.
Eius actum vtilem.
¶ Habet autez temperantia typum multiplicē vel figuraz.
¶ Comparatur autem tempe rantia ſpecialiter tribus.ſ.
Freno quo equus regitur
Biſſo quo caro tegitur.⁊
Muro quo caſtrum cingiť.
¶ Eſt itaq̨ temperātia ſicut frenum equum regens. Naz ſicut aſſeſſoꝛe mediante freno ducitur equus:ſic caro a ſpiritu freno tēperantie gubernať. Maxime enim frenādus eſt equus iuxta aquā:iuxta ignē: iuxta pꝛecipituū:ſic frenū temperantie neceſſariuz eſt carni contra aquā tranſitoꝛie delectationis:cōtra ignem concupiſcentie carnalis:cōtra pꝛecipitum eterne dānationis. De hoc freno dicit apoſtolus ad Tytuz.ij.Sobꝛie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo. Naz quilibet dꝫ viuere ſobꝛie q̄ꝫtū ad ſeipſum.iuſte quantum ad pꝛoximū:pie q̄ꝫtum ad deum.

Eſt etiā temperantia ſicut biſſus carnem tegens. Nam biſſus:vt dicit papias: eſt genus lini cādidiſſimi qꝺ creſcit in egypto:⁊ inde fit tela que vulgo dicitur ſerica. De hac tela biſſina fit camiſia nobilis ⁊ delicata:per quaꝫ figuratur caſtitas ⁊ temperantia. ⁊ ſicut iſta camiſia nobilis eſt immediate carni contigua ⁊ coniuncta: ſic caſtitas ⁊ tēperantia eſt carni p̄cipue neceſſaria:⁊ ei inſeparabiliter coniungenda. Et ideo diciť pꝛouer.xxxi.de muliere foꝛti. Biſſus ⁊ purpura : indumentum eius. In biſſo figurať caſtitas que eſt pꝛecipuum oꝛnamentum:mentis.in purpura figuratur temperantia : que ē ſicut auri frigium veſti appoſitum ad decoꝛem.

Eſt nihilominus tēperantia ſicut murus caſtrū cingens. Nam ſicut caſtrū muratur pꝛecipue ab ea parte que magis eſt infirma:ſic temperantia munit caſtrū hominis ex parte magis īfirma.ſcilicet ex parte coꝛpoꝛis. Dicitur eni Mat.xxvi. Spūs quidē pꝛōptus eſt:caro autem infirma.
¶ Item temperantia eſt.
Quidā honoꝛ deo aſſimilās.
Quidam valoꝛ mentem magnificans.

Quidam dolor hoſtem mor-
tificans.
¶ Eſt eniꝫ tēperantia honor
quidaꝫ deo aſſimilans Deus
eniꝫ eſt ſpiritus vt dicit̃ Job.
iiij.temperātia vero eſt quaſi
nutrix ſpiritualis que ablactat
filios dei:⁊ facit de carnalibꝰ
ſpirituales.⁊ ſic aſſimilat deo
vt dicitur Sap̄.vi. Incorru-
ptio facit proximum deo.
¶ Eſt enim tēperantia valor
quidā mentem magnificans.
Nam ſicut valor magnificat
aurū:ſic temperantia magnū
⁊ impreciabile facit hominꝫ
temperatū ⁊ caſtuꝫ.qr dicitur
Eccleſiaſtici.xxvi.Nō eſt di-
gna pōderatio anime conti-
nentia.Eſt igit̃ tēperantia do
lor quidā hoſtem mortificans
dyabolus eniꝫ libēter quieſcit
⁊ dormit in locis humētibus
ideſt in voluptuoſis hoibꝰ.vt
dicitur Job.xl. Temperantia
vero ponit ipſuꝫ in arido peni
tentie:vbi non inuenit requiē
⁊ ſic interficit vel fugat hoſtē:
quia dicit̃ Mat.xij.Cum im-
mundus ſpūs exierit ab hoie
ambulat per loca arida que-
rens requiē ⁊ nō inuenit. Lo
ca arida ſunt homines ſobrij
in quibus requiē nō inuenit:
quia in talibus nō ſternit le-
ctum voluptuoſum peccati.

¶ De fortitudine.caplm.xxx.

Fortitudo eſt firmi
tas animi cōtra moleſti
as ſeculi. Gloſa ſup Mat.ix.
¶ De fortitudine nota ſpecia
liter tria:ſcilicet typum valde
pulchruꝫ partū valde dignū:
fructum valde bonum.
¶ Primo igitur virtꝰ fortitu
dinis hꝫ typuꝫ multiplicē ⁊ ſi
militudinē elegànteꝫ.Compa
ratur autē ſpecialiter tribꝰ.ſ.
Fornaci que probat aurum
Radici que portat lignuꝫ.⁊
Lorice que vetat ictum.
Eſt itaqꝫ fortitudo ſi
cut fornax auꝝ probans.Nā
ſicut fornax reddit aurū luci-
duꝫ:ſic fortitudinis virtus fa
cit hominē honeſtum ⁊ deco
rum.Naꝫ de talibus dicitur
Prouer.xxxi.Fortitudo ⁊ de
cor indumentū eius. Et ſicut
fornax quedaꝫ metalla reddit
ſollida:⁊ quedam liquida : ſic
virtus fortitudinis corda fa-
cit nunc ſolida contra tenta-
tionem:nunc liquida per cō-
paſſionem:nūc rorida per de
uotionem.Nā dicit̃ Canti.v.
Anima mea liquefacta eſt vi
lectus meus locutus eſt.Et ſi
cut in fornace eſt magnus fla

tus follium ꝛ magnum ignis incendium: ſic ignis fortitudinis ſolum eſt in illis in quibꝰ eſt flatus diuine inſpirationiſ ꝛ vehemens incendium caritatis. Et in figura huiꝰ aduentus ſpirituſſancti ſuper apoſtolos vbi fuit eis datꝰ ad robur ſpūalis virtutis fuit tanq̄ꝫ aduenientis ſpiritus vehementis. vt dicitur Actuū. ij.

Eſt etiam fortitudo ſicut radix lignum vel arborez portans. Naꝫ ſicut radix portat pondus arboris. ꝛ frōdes: ꝛ flores: ꝛ fructus: ꝛ folia: ſic virtꝰ fortitudinis ſuſtinet omnia bona opera ꝛ merita noſtra. Vñ dicitur Joſue. i. Cōfortare ꝛ eſto robuſtus.

Eſt nihilominus fortitudo ſicut thorax vel lorica ictum vetans. Naꝫ ſicut thorax vel lorica ſuat corpus ab ictu gladij: ſic virtus fortitudinis cuſtodit animam a tentatione dyaboli: ꝛ cuiuſcūqꝫ aduerſarij. Totus enim mundus non vinceret vnuꝫ hominem: in quo eſt fortitudo dei. ſicut patet ꝙ puelle virgines puta. Katherina. Cecilia. Agnes. Lucia. Agatha. Barbara beata. Clare ꝛc. virgines reges ꝛ tyrannos ꝛ omnia tormentoruꝫ genera ſuperabant Nec miruꝫ: quia fortitudo illa non hominis. ſed dei erat. Vnde dicitur. i. Machabeo. iij. De celo fortitudo eſt.

Iteꝫ fortitudo tribus alijs cōparatur: ſcilicet.

Virge que non incuruantur

Ferro quod non ſuperatur. ꝛ

Petre que non perforatur.

¶ Et itaqꝫ fortitudo ſimilis virge inflexibili ꝛ talis virga vel baculus eſt valde neceſſarius ambulantibus ꝛ certantibus ꝛ laborantibus: ſic fortitudo eſt quaſi baculus ꝛ virga inflexibilis que valde eſt neceſſaria. quia locus in quo ſumus eſt locus certaminis locus itineris ꝛ locus laboris Et hec tria hoīem genera indigent ſpecialiter baculo vel virga. Jdeo dicitur in Pſal. Virga tua ꝛ baculus tuꝰ. ipſa me conſolata ſunt. Et etiaꝫ fortitudo ſimilis ferro indomabili. Nam ſicut ferrū non domatur ſed cōminuit ꝛ domat omnia metala vt dicitur Dañ. ij. Sic viri fortes mori poſſunt: vinci vero non poſſunt: immo ipſi omnia aduerſa ꝛ proſpera vincunt: ꝛ quod

plus eſt regnum celorum vio lenter rapiunt. Nam violenti rapiunt illud. dicitur Matthei. xij.

Eſt nihilominus forti tudo ſimilis petre infrangibili qualis eſt adamas. Naz ſicut adamantem percutit ipſe magis percutitur. ſic qui virū fortem moleſtat. magis leditur ꝙ̄ ledat: ⁊ ſicut adamas non frāgitur violentia: ita vir fortis nulla frangitur impatientia. ⁊ ſicut adamas ſcinditur ſanguine hyrci. ſic vir fortis memoria paſſionis chriſti Propter iſta de viro forti dicitur Ezechi. iij. Vt adamantem ⁊ vt ſilicem dedi faciem tuam.

¶ De iuſtitia. capituluz. xxxi.

Uſtitia eſt virtus: ſua vnicuiqꝫ tribuens Augu. de libro arbitrio. Juſtitia eſt rectitudo volūtatis: propter ſe ſeruata Anſelmus.

¶ De iuſtitia nota ſpecialiter tria: ſcilicet.

Typi figuralis elegantiā
Partus filialis abundantiam.
Actus virtualis efficatiā.

¶ Primo ergo iuſtitia typuz habet multiplicem ⁊ figuraz valde elegantē. Cōparatur etiam tribus ſpecialiter.

¶ Eſt autem iuſtitia.
Sicut recta ſemita.
Sicut recta regula.
Sicut recta linea.

¶ Ergo iuſtitia eſt ſicut recta ſemita. Nam ſicut illa eſt rectiſſima viarum ſic per viam iuſtitie citius peruenitur ad brauium ſempiternuz immo omnis alia via eſt deuium. Nam dicitur in pſal. Errare fecit eos in inuio: ⁊ non in via. Vnde dicitur de iuſtis in pſal. Deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis. De iniuſtis vero dicitur alibi in pſal. In circuitu impij ambulant. Et etiam iuſtitia ſicut recta regula. Nam ſicut recta regula eſt rectiſſima menſurarum: ſic iuſtitia eſt optima menſuraruz: ⁊ certiſſima menſura ad bonum operandū. Hec eſt eniz regula diuina que dirigit opera noſtra. Vnde in Pſal. Dominus dirigit iuſtos. Et Prouerbioruz. xv. Qui ſequitur iuſtitiam diligitur a domino.

¶ Eſt nihilominus iuſtitia ſicut recta linea. Sicut eniȝ recta linea eſt pulcherrima linearuȝ vt dicit philoſophus: ſic iuſtitie rectitudo facit hoiem in intentione ꝛ cõuerſatione pulcherrimũ ꝛ decorũ. Nam ſicut ſtatura humani corporis eſt pulcherrior inter omnes: qꝛ eſt recta ad celum: ſic ſtatura cordis eſt pulcherrima: cuȝ per iuſtitiã eſt recta ad deuȝ. Unde ſponſe dicit Canticoꝝ vij. Statura tua aſſimilata ẽ palme. De hac rectitudine dicitur Eccleſiaſtes. vij. Solũmodo hoc inueni ꝙ deꝰ fecit hominem rectum.

¶ Item iuſtitia multum proprie tribus alijs comparatur Nota ꝙ triplex eſt iuſtitia.

¶ Generalis: que dirigit hominem in omni bono: a qua dicitur homo factus bonus.

¶ Judicialis: que corrigit vel coarcet ab omni malo. ꝛ iſta corrigit dlicta ꝓpria vł aliena.

¶ Carnalis vel moralis: que reddit vnicuiqȝ ꝓpriũ bonuȝ

¶ Eſt itaqȝ iuſtitia.

Sicut gemma in ſerto aureo

Sicut ſtella in polo artico.

Sic dea in nr̃o microcoſmo.

¶ Eſt igitur iuſtitia ſicut gẽma in ſerto aureo. Naȝ ſicut gẽma ſerti aurei eſt oꝛnamentum: qꝛ totũ certuȝ oꝛnat ꝛ facit pꝛecioſum: ſic etiã ſertũ aureum dicit gratia. eo ꝙ in illa ꝛ per illam coꝛonãtur opera noſtra bona. Naȝ etiã opera bona que fierent extra gratiã nunꝗ̃ coꝛonam mererentur. In hac coꝛona aurea vel ſerto aureo iſerte ſunt quattuoꝛ gẽme valde pꝛecioſe: vel quattuoꝛ virtutes pꝛincipales. ſcilicet pꝛudentia temperãtia: foꝛtitudo ꝛ iuſtitia.

¶ Gemma pꝛudentie ponit in ãterioꝛi parte coꝛone quia ad pꝛudentiaȝ pertinet nõ ſolum pꝛeſentia diſponere imo ꝛ futura pꝛeuidere.

¶ Gemma tẽperantie locatur a dextris: qꝛ tẽperantia facit hominem iuſtuȝ: ſobꝛium in dextera pꝛoſperitatis.

¶ Gẽma foꝛtitudinis inſeritur a ſiniſtris quia foꝛtitudo facit hominem robuſtum: in ſiniſtra aduerſitatis.

¶ Gẽma vero iuſtitię incaſtratur in poſterioꝛi parte ſicut epus in fine pꝛofeſſionis: ſicut rex i fine aciei: ſicut nauta vł gubernatoꝛ in cauda nauis: ſicut ſententia iuſta pꝛofertur in fine cauſe ſicut etiaȝ poſt laboꝛem certaminis da

tur victori corona triumphalis. Unde ab iſta tanq̃ȝ a pricipali gẽma denominatur corona. Dicit enim apoſtolus ij. Thim. iiij. Repoſita eſt mihi corona iuſtitie. Aurifex in cuius aurificina fabricat̃ hec precioſa corona eſt ſapientia increata. De qua dicitur Sapientie. viij. Sobrietatẽ ꝛ prudentiã docet ꝛ iuſtitiã ꝛ virtutem. i. fortitudineȝ: quibus nihil vtilius eſt vita hominibꝰ. Iſte quattuor virtutes vt dictũ eſt tanq̃ȝ quattuor gemme precioſe i aureo ſerto gratie incaſtrate.

Eſt etiam iuſtitia ſicut ſtella artici poli. Nam circa ipſam voluitur celum: ipſa vero non mutat locum ſic volupta vite noſtre mira volubilitate vertitur: iuſtitia vero nullo accidente mutatur: ſiquidem vita noſtra tota eſt volubilis ſicut rota: nunc enim hominem eleuat honore quem paulo poſt humando occultat. Iuxta illud pſal. Aſcẽdũt vſqȝ ad celos ꝛc̃. Interdum econuerſo hominem humilitate deprimit: quẽ poſtea ad honores attollit. qꝛ dicitur in pſal. Suſcitans a terra inopeȝ: ꝛ de ſtercore ꝛc̃. quãdoqȝ hominẽ a leua mutat in dexteram. ſcilicet ab aduerſus in proſpera interdum a dextris in leuã. ideſt a proſperis in aduerſa. Iuxta illud quod abraam dixit ad loth. Geñ. xiij. Si ad ſiniſtrã ieris: ego dexteram tenebo. ſi tu dexteram elegeris ego ad ſiniſtrã pergam. Sed vir iuſtus in omnibus his ſemꝑ monet immobilis. Nam ipſum humilitas non deprimit ipſuȝ honor nõ ambit: ipſum aduerſitas non frangit. Unde pſal. Qui facit hec non mouebitur ineternũ.

Eſt nihilominus iuſtitia ſic̃ dea noſtri microcoſmi ideſt minoris ꝛ iferioris mũdi. ſicut enim deus in ſuo megacoſmo vl̃ maiori mũdo diſpoſuit oia in numero pondere ꝛ menſura. vt dicit̃ Sap̃. xi. ſic iuſtitia in ſuo microcoſmo preſidens: tanq̃ȝ deus facit vt in oibus meritis ꝛ opibus noſtris ſit numerus bone operationis: pondus ſancte affectiõis: ꝛ mẽſura intentionis. Uñ iſti dee: nobiliſſime ſacrificiũ iuſtitie debemꝰ offerre. ſicut dicit̃ in pſal. Sacrificabo ſacrificiũ iuſtitie.

¶De donis ſpūs ſcti. c.xxxij.

Poſt tractatū de virtutib9 ſequitur de donis ſpirit9 ſancti.⁊ hec eſt ſexta dieta ſalutis.ſ.a virtutibus ad dona ſpūs ſancti peruenire: q2 ſicut diximꝰ virtutes docent recte operari ſed dona expedite. Cum autē ſint ſeptem dona ſpūs ſancti que ſcilicet enumerātur Iſa. xi.ſ.ſpiritus ſapientie:⁊ intellectus.ꝯſilij:⁊ foꝛtitudinis.ſcientie:⁊ pietatis ⁊ timoꝛis dñi.a ſapientia autē non peruenit ad timoꝛē domini:ſed potius a timoꝛe ad ſapientiā: tanq̄ ad inferioꝛi gradu ad ſuperioꝛem:iuxta illud qđ dicitur in pſal. Initiū ſapiētie timoꝛ domini. Ideo de timoꝛe dñi nota ſpecialiter tria:ſcilicet.

Quā multipliciter figuratur
Quam virtualiter operatur.
Quā rationabiliter mercat̄.

¶Pꝛimo ergo timoꝛ dñi habet multiplices figuras elegātes:⁊ cōparationes cōuenientes. Comparat̄ aūt ſpecialiter tribus. ¶Eſt enim timoꝛ dñi.

Sicut hoſtiarius cuſtodiens ingreſſum.
Sicut iuſtitiarius puniēs maleficium.
Sicut terrarius vel ſpeculatoꝛ euigilans exercitum.

Pꝛio ergo timoꝛ domini eſt ſicut bonus hoſtiariꝰ que diligenter cuſtodit hoſtiū coꝛdis:ne itret inimicus.ideſt dyabolus:⁊ ſicut hoſtiariꝰ tenet baculum vel gladiū ad timoꝛem intrantium:ſic timoꝛ dei:ne permittamus dyabolū ad coꝛ intrare:poꝛtat clauem pene eterne:gladiū ex vtraq; parte acutū: ſcilicet equitatē diuine ſnīe que condemnabit impꝛobos in aniās ⁊ coꝛpoꝛe. Unde dicit̄ Mat.x. Timete eum qui poteſt coꝛpus ⁊ animam perdere in gehennam.

Secūdo timoꝛ domini eſt ſicut bonus iuſtitiarius qui perimit maleficos ⁊ ſuſpendit. Nam ſicut illi qui tenent iuſtitiā ponunt in montibus ⁊ locis patentibus patibulum vel furcas ad expauentaculum latronum: ita timoꝛ domini ponitur in coꝛde hominis pꝛopter expauentaculū peccatoꝛum:⁊ ſicut iſte iuſtitiarius crucifigit latronem : ſic timoꝛ domini nititur crucifigere carnem:tanq̄ peſſimum anime latronem. Unde dicitur in pſal. Confige timoꝛe tu

os carnes meas.

Tertio timor domini eſt ſicut bonus terrarius vel ſpeculator qui euigilat exercitum. Nã ſicut ſpeculator tempore belli maxime non ſinit dormire milites: ſic timor domini cũ ſit modo tempus belli ⁊ guerre mortalis cõtra carnem: mundũ ⁊ dyabolum: nõ permittit dormire ſpm̃ per delectationẽ vel conſenſuꝫ. Unde dicitur prouer. xxviij. Beatus eſt homo qui ſemper eſt pauidus. Non ſoluꝫ aũt tempore belli debet homo eſſe pauidus: immo etiã tempore pacis debet eſſe timoroſus. ſicut videmus ꝙ magni reges ⁊ ſapientes: q̃uis actu nõ ſit guerra: muniũt tamen ⁊ cuſtodiũt caſtra ſua. De incautis dicit apoſtolus. i. Theſſal. v. Cuꝫ dixerint pax ⁊ ſecuritas: tũc repentinus ſuperueniet interitꝰ. Et eccleſiaſtes. vij. dicit. Qui timet deum nihil negligit: qꝛ nec bonum nec malum: quia per timorem dñi malum euitat: tanq̃ꝫ nociuum. ⁊ bonum formidat ⁊ neſcit ſi eſt gratũ. Unde Job. ix. Verebar omnia opera mea: ſciens qꝛ non parces delinquenti: maxime autem tempore guerre. Iſte vigil vel ſpeculator mãdat cuſtodiri portas ſenſuum: qꝛ ibi eſt quaſi totũ periculum ſicut ad litteram illi qui ſunt in munitione: ſumme cuſtodiũt portas: cum vident caſtruꝫ ab hoſtibus abſeſſuꝫ: ſic ſpirituales viri qui habent timorem dei: cuſtodiũt portas. ſcilicet quinqꝫ ſenſuum ne intrent inimici: timentes quod dicitur Jeremie. ix. Aſcẽdit mors per feneſtras noſtras.

¶ Item timor domini alijs tribus comparatur.

¶ Eſt enim timor domini.
Sicut medicina infirmoruꝫ.
Sicut diſciplina puerorum.
Sicut officina religioſoruꝫ.

¶ Primo igitur timor domini eſt ſicut infirmoruꝫ medicina. Naꝫ ſicut medicina bene tẽperata repellit omnes morbos nociuos ⁊ omnes nociuos hũores: ſic timor dei omne peccatum ⁊ omnes peccati occaſiones. expellit. ſanguinem luxurie: fleuma accidie: melancoliã ire: ⁊ colerã ſuperbie. vñ dicitur Eccleſiaſtici. i. Timor dñi expellit peccatuꝫ.

Secundo timor domini eſt ſicut puerorum diſciplina.

Nam ſicut virga diſcipline caſtigaꝛ puer: inſtruitur: ꝛ informaꝛ: ſic per timoreꝫ domini oīs motus ſenſualis ꝛ puerilis ſub iſto pedagogo ad rōneꝫ reduciꝛ: ꝛ puerilis extirpatur. iuxta illud quod dicit ſapi. Prouer. xxij. Stultitia colligata eſt in corde pueri. ſed virga diſcipline fugabit eam. Et nota ꝙ ſꝫ bedā quattuor mala ſunt propter pctm̄ nobis inflicta ꝛ nobis colligata q̄ ſunt oīs mali pcti matia. ſ.

Impotentia
Ignorātia.
Concupiſcentia. ꝛ
Malitia.

¶ Unde quidā peccāt ex impotentia ꝛ iſti parū peccant: ꝛ maximā habent excuſationē. niſi illa ipotentia per culpam eorum ſit introducta.

¶ Alij peccāt ex ignorantia. ꝛ iſti plus peccāt ꝛ minoreꝫ habent excuſationeꝫ: qꝛ ex ignorātia non excuſatur a toto: ſꝫ a tāto. maxime ſi ſit ignorantia affectata: q̄ nō excuſat ſed pctm̄ aggrauat ꝛ augmētat. Vn̄ de hoc dic̄ Ambro. Si ignoras: grauiſſime peccas.

¶ Alij ſunt qui peccāt ex ꝯcupiſcētia: ꝛ iſti pluſ peccāt ꝛ q̄ſi nullā habent excuſationē: maxime ſi ſit deliberata.

¶ Alij ſunt qui peccāt: ex malitia ꝛ certa ſcientia. ꝛ iſti maxime peccāt ꝛ nullā hn̄t excuſationē imo tales. dicunꝛ peccare in ſpiritū ſctm̄ qꝛ ſpiritui ſancto bonitas que eſt malitie contraria appropriatur.

Scienduꝫ eſt autē vel notandum diligenter ꝙ ſex ſunt pctā in ſpiritū ſanctū. ſ.

Impugnatio veritatiſ agnite.
Inuidentia fraterne gratie.
Preſumptio de impunitate
Obſtinatio.
Deſperatio. ꝛ
Finalis impenitentia.

¶ Et iſte ſunt ſex blaſphemie ſpiritū ſctm̄: que non remittūtur in hoc ſeculo nec in futuro. vt dicitur Matth. xij.

Tertio timor domini eſt ſicut officina religioſoruꝫ. maxime eſt ſicut quoddā capitulū: quod ē ſctm̄ precipue ad culparū correctionē. Nā ſicut in capitulo increpatur ꝛ recognoſcitur ꝛ punitur culpa: ita in hoc: capitulo timoris dei corriguntur pctā. qꝛ vt dicitur Prouer. viij. Timor dn̄i odit maluꝫ. Et ſicut religio nulla eſſet: ſi correctio capituli deficeret: ſi timor in

capitulo cordis non eſſet totũ veritatis edificium deperiret q2 dicitur Eccleſiaſtici.xxviij. Si non in timore domini te nueris te inſtanter: cito ſubuertetur domus tua.

¶Et nota ꝙ in dei capitulo culpabiliſ quattuor facit. Primo genuflectit: ſecundo culpã recognoſcit: tertio ſpoliat ſe ꝛ veſtem deponit: quarto diſciplinaꝫ accipit. Sic timor domini facit primo hominez penitentem humiliter genu flectere: q2 dicit. Iſa.xlv. Mihi curuabitur omne genu ſecundo facit humiliter culpaꝫ propriam recognoſcere ſicut dauid qui dicebat. qm̃ iniquitatem meã ego cognoſco.

Tertio facit hominez veterem ſicut veſtem turpeꝫ ſpoliare: ſicut apoſtolus ad Col.iij. Expoliantes vos veterem hominem cum actib9 ſuis: vetereꝫ conuerſationem cum vitijs ꝛ concupiſcentijs. Quarto facit hominez diſciplinã accipere.i.carneꝫ laſciuã macerare ꝛ caſtigare. ſicut apl'us faciebat qui dicebat. i.Cor.ix. Caſtigo corpus meũ. ꝛ in ſeruituteꝫ redigo.

¶Item timor domini eſt.

Specioſus ſicut ortus.
Virtuoſus ſicut ventus.
Precioſus ſicut theſaurus.

¶Primo timor domini eſt valde ſpecioſus: inſtar orti paradiſi. Habet eniꝫ amenitateꝫ ſicut paradiſus: dulcedinẽ ꝛ delectationẽ. Unde in pſal. Quã magna multitudo dulcedinis tue domine: quã abſcondiſti timentibus te. Habet fertilitateꝫ ꝛ vbertatem ſicut paradiſus. pſal. Non eſt inopia timentibus eũ. Habet nihilominus ſecuritatem ſic̃ padiſus. Uñ dicit̃ Eccleſiaſtici. xxxiiij. Quid timet deũ nihil trepidabit. Et phũſ. Qui timet deũ: oia timẽt eũ: q2 vero non timet deũ: timet deũ omnia. Unde cayn perpetrato homicidio fratris: ſtatim habuit caput tremuluꝫ ꝛ ait. Omnis qui viderit me occidet me Geñ.iiij. Igitur timor domini propter amenitateꝫ: vbertateꝫ: ꝛ ſecuritateꝫ eſt ſicut ortus concluſus. Cãti.iiij. ꝛ etiã ſicut paradiſus. vt dicitur Eccleſiaſtici. xl. Timor domini ſicut paradiſus benedictionis.

Secũdo timor domini eſt ſicut ventus virtuoſus

⁊ ſpecialiter ſicut vētus aqui
lonaris. Nā ſicut virtus aq-
lonaris pluuias diſſipat: nu-
bes fugat aerā ſerenat: repti-
lia exteriat:⁊ aquā congelat:
ita timoꝛ dñi diſſipat pluuiaſ
carnaliū delectationuꝫ: fugat
nubes carnaliū ymaginatio-
nū ſerenat mentē per amoꝛē
puritatis:exterminat reptilia
i.moꝛtificat vitia carnis:con-
gelat aquas.i.reſtringit fluxū
mūdane pꝛoſperitatis : ita vt
poſſit homo timēs deum am
bulare ſup aquā ſicut petrus
Matth. xiiij. Iſte eſt ventus
de quo dr̄ Daniel.iij. Ange-
lus domini fecit mediū foꝛna
cis quaſi ventū roꝛis flantē:
qꝛ foꝛnax omniuꝫ deſiderioꝝ
carnaliū temperatur ⁊ refri-
geratur per dei timoꝛem.

**Tertio timoꝛ domini**
eſt precioſus ſicut theſaurus.
Naꝫ ſicut theſaurus qui eſt
res ſpecioſa fac̄ hominē ſem-
per ſollicitū de cuſtodia: ſic ti
moꝛ dei de ſe ⁊ virtutib⁹ ſem
per eſt ſollicitus ⁊ de gratia
cū habetur.de pdita vt recu-
peretur:⁊ de recuperata: vt a
recidiuo ꝯſeruetur. Unde di
cit Bernardus ſuper cātica.
Cū adeſt gratia:time ne indi
gne opereris ex ea.ampli⁹ ti-
me ſubtracta gratia ꝙ relin-
quat te cuſtodia tua:ſi redie-
rit gratia:multo amplius ti-
mendū ne foꝛte contingat pa
ti:recidiuū. Recidiuare enim
ꝙ̄ꝫ cadere peius eſt:qꝛ dicitur
Io.v. Ecce iam ſanus factus
es:noli āplius peccare: ne de
terius aliquid tibi contingat.
Iſte igitur theſaurus eſt pꝛe-
cioſus:⁊ iō ſumme cuſtodien
dus. Unde dr̄ Iſa.xxxiij. Ti
moꝛ dñi ipſe theſaurus eius.

**Secūdo timoꝛ domi**
ni virtualiter operatur. Un-
de nota ꝙ timoꝛ domini ha-
bet ſeptē nobiles effectus.

**Primo nāqꝫ timoꝛ**
domini curat hoīem a culpa
perpetrata. Eſt.n.ſufficiēs me
dicina contra oīa peccata. Et
nota ꝙ ſicut medicus ſapiēs
volens purgare egrotū:pͥmo
dat ſiropū pꝛepatiuū : poſtea
potioneꝫ vel antidotū purga-
tiuū:ſic timoꝛ dñi inſtar ſiro
pi ꝑparat peccatoꝛē generan
do attritionē.iuxta illud eccle
ſiaſtici.ij. Qui timēt deū pꝛe
pabunt coꝛda ſua. Scḋo in-
ſtar antidoti purgat oēs pec-
cati feces:generādo pfectā cō
tritionē:qꝛ dr̄ Eccl'aſtici.i. Ti

mor dñi expellit pctm̄. Et eſt differētia iter cōtritionē ⁊ attritionem: quia attritio eſt dolor de peccato nō tamen perfectus: quia adhuc eſt in propoſito peccandi de futuro.

Scdo timor dei cuſtodit hoies a culpa futura ſic.n. ſapiēs medic⁹ ifirmo quē hȝ i cura ñ ſolū dat ātidotū ad expellēdū morbū: ſed ēt miſtrat curato aliqđ electuariuȝ contra recidiuū: ſic timor dei inſtar electuarij ꝯſuatiui cuſtodit hoieȝ ab oī peccati recidiuo. Vñ dicitur Exo.xx. Vt probaret vos venit dominus ⁊ vt timor illi⁹ eſſet in vobis ⁊ non peccaretis.

Tertio timor domini abijcit tpalia vł terrena q̄ ſūt ſepe peccādi mā: ſic.n. videm⁹ ꝙ naute vidētes naufragiuȝ īminere merces: q̄ ſūt i naui ꝓijciūt i mari vt euadāt piculū naufragij: ſic timor dñi bōa tpalia fac̄ abijcere: vt poſſit ab eterno naufragio liberare. Et ꝓpterea dicebat Job. xxxi. Semꝑ q̄ſi tumētes ſuꝑ me fluctus timui deū. ⁊ pondus eius ferre non potui.

Quarto timor domini ꝯtēnit ⁊ ſuſtinet tpalia mala: vt euadat eterna. Nā ſicut infirmus ſuſtinet cauteriuȝ ⁊ aduſtionem: vt poſſit euadere mortē: ita timor dñi facit ſuſtinere cauteriū tēporalis vite: vt poſſit homo euadere mortem vel ſuppliciū mortis eterne. Vnde eccleſiaſtici. xxxiij. Timenti deum: non occurrent mala.

Quīto timor domini gratiam ⁊ bona opera introducit. ſicut enim cera introducit filuȝ: ſic timor domini gratiam ⁊ omne bonum iuxta illud pſal. Initium ſapientie timor domini.

Sexto timor domini ſuꝑ omnia facit fugere ⁊ euadere ſupplitiuȝ gehenne. Vadit enim ad infernum: in dimidio dierum: vt non vadat in fine dierum: ſicut Ezechias qui dicebat Iſa. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadā ad portas inferi. Facit etiam alas ad melius fugiendum: vt dicit poeta Pedibus timor addidit alas. Sicut videmus ꝙ lepus fugiens leporarium pre timore videtur volare ⁊ alas habere. Timor etiam facit

hominez montes ⁊ colles trā ſire: vt poſſit dyabolū fugere: ⁊ inferni precipitium cauere: q̄ꝛ dicitur Iſa.xxxv. Tūc ſali et ſicut ceruus claudus.

Septimo timoꝛ domi ni meretur ſtipendium vite eterne hominez nāqꝫ humili at. ⁊ ſic ſm regulā ſaluatoꝛis ad gloꝛiā exaltat: q̄ꝛ q ſe hūili at exaltabitur. Luce. xiiij. Et ideo dicit̄ Prouer. xxix. Hu milez ſpiritu: ſuſcipiet gloꝛia.

Timoꝛ domini multi pliciter variat̄. Unde nota ꝙ ſunt: ſex ſpēs timoꝛis. Eſt. n.
Timoꝛ naturalis.
Timoꝛ mūdanus.
Timoꝛ humanus.
Timoꝛ ſeruilis.
Timoꝛ initialis
Timoꝛ filialis.

¶ Primus igitur timoꝛ eſt naturalis. ſ. quādo. homo na turaliter timet moꝛtez: ⁊ om ne quod eſt ſibi nociuū iſte ti moꝛ nature non eſt meritoꝛi⁹ nec demeritoꝛi⁹: q̄ꝛ nō ſubeſt libero arbitrio. Hoc timoꝛe xp̄s timuit moꝛi. ſicut dicitur Marci. xiiij. Cepit ieſus pa uere ⁊ tedere.

Secundus timoꝛ dici tur mundanus. ſ. quando ali quis nimis timet de rebus trāſitorijs: vel de rebus mun danis vel tempoꝛalibus per dendis. Iſto timoꝛe timue runt iudei qui occiderunt xp̄z ne perderent locū ſuū. vt dici tur Io. xi. Si dimittimus eū ſic: oēs credent in eū. ⁊ veniēt romani ⁊ tollent locū noſtrū: ⁊ gentem noſtram.

Terti⁹ timoꝛ dicitur humanus. ſcꝫ cū aliquis plus debito timet de coꝛpoꝛe ſuo. Iſte timoꝛ pꝛohibet̄ Matth. x. Nolite timere eos qui occi dūt coꝛpus: aīaz autez nō poſ ſunt occidere. Iſte timoꝛ ē ve niale peccatū: vt quādo eſt ci tra deū. quādo moꝛtale pecca tū: vt qn̄ eſt ſupꝛa deū. q̄lis fu it in petro qn̄ negauit chꝛiſtū: ne perderet coꝛpus ſuum.

Quartus timoꝛ ē ſer uilis: cū aliquis timet pecca re ⁊ abſtinet ſe a peccato ti moꝛe gehenne: hꝫ tn̄ volūta tez peccandi: ſi peccatū poſſet impune fieri. ⁊ inq̄ꝫtū in ſe eſt vellet nō eſſe iuſtitiā: vt poſſꝫ ꝑpetrare culpā. Iſte timoꝛ ē q̄ſi veſtis de ſacco cū qua nul lus ingreditur regnū celoꝛuꝫ ſicut figuratur Heſter. iiij.

vbi dicitur. Indutū ſacco nō intrare aulaȝ aſſueri. De hoc timore dič apoſtolus ad Ro. viij. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterū in timore ꝛč.

**Quintus timoꝛ initialis** dicif: de quo in pſal. Initium ſapientie timoꝛ domini. Iſte timoꝛ duo facit. timet eniȝ puniri ꝛ timet a deo ſeparari: ſed pꝛincipaliter timet ſepari. iſte licet timeat maluȝ incurrere: plus timet bonum perdere: ꝛ ita quodāmodo incipit bonuȝ amare. ꝛ ideo dicitur initialis pꝛopꝛie qꝛ ſicut cera introducit filum: ꝛ filo introducto exit cera: ſic iſte timoꝛ initialis caritatem introducit ꝛ caritate introducta timoꝛem foꝛis mittit.

**Sextus timoꝛ dicitur** filialis. Nā ſicut filius ſuper oia timet offenſaȝ patris etiā ſi pater non intēderet eū percutere ſic qui habet timoꝛem domini filialē inſtar boni filij: timet ꝛ cauet offenſam patris celeſtis: etiā ſi ex offenſa illa nihil mali deberet ſibi accidere. De hoc etiā timoꝛe dicitur in pſal. Timoꝛ domini ſctūs ꝑmanet in ſeculū ſeculi. Iſte timoꝛ a ſanctis doctoribus vocatur caſtus timoꝛ: qui ſanctū danielem verecūdantur ſpecialiter ꝛ timet in turpi facto. Sine hoc timoꝛe verecundie nihil rectū eſſe poteſt: nihil honeſtū. vt dič Tullius. De hoc timoꝛe verecundo dicit Bernardus mirabilia ſuper cantica. Timoꝛ inquit verecundus ꝛ caſtus eſt omniū etatū oꝛnatiuꝰ: ſed in iuuenili etate amplius eniteſcit. Quid eni amabilius verecundo adoleſcente: q̄ȝ pulchꝛa hec eſt ſplendida gēma moꝛuȝ in vultu adoleſcentis q̄ȝ vera ꝛ minime dubia bona nūcia ſpei bone indolis iudex ſoꝛoꝛ conſcientie: ꝛ nulluȝ eque manifeſtū ſignū colūbine ſimplicitatis teſtis innocētie: lāpas pudice mentis ſpecialis gloꝛia conſcientie: fame cuſtos: vite decus: ſedes virtutis: pꝛimitie nature: ſatis inſigne totius honeſtatis. Merito igif iſte timoꝛ caſtus dicitur: quia qui timoꝛem iſtū habet: inſtar virginis marie ante partum ſuoꝛum operum ꝛ poſt partum ſemper manet icoꝛruptus. ꝛ ſicut mater dei eſt virgo ꝛ decoꝛ virginū: ſic timoꝛ iſte caſtus decoꝛ eſt ꝛ virgo virtutuȝ anime.

Item poſt donum ti moris dicendum eſſet de do no pietatis:ſed q2 pietas idez eſt vel quaſi idem cū mia. iō infra cū dicemus de beatitu dinibus in materia de miſeri cordia:de pietate dicemus.

Itē poſt donum pie tatis eſſet dicenduz de dono ſcientie:ſed q2 ſcientia ad pru dentiā poteſt reduci.ideo illa que in materia de virtutibus ſupradicta ſunt de prudentia applicari poſſunt ad ea que ð dono ſcientie ſunt dicenda.

Et poſt donum ſcien tie eſſet dicendum de fortitu dine:ſed quia fortitudo nō tā tum eſt donū:ſed virtus:ideo de fortitudine ſufficiant que dicta ſunt in capitulo de vir tute ⁊ ſpecialiter in materia ð fortitudine ⁊ virtute.

¶De dono conſilij.ca. xxxiij.

Poſt donum for titudinis eſſet dicenduz de dono cōſilij:ſed pauca de dono conſilij ſunt dicenda: ⁊ hoc q2 ad donū conſilij perti nent fere omnia que ſuperius in capitulo de virtutib9:⁊ de virtute prudentie ſunt dicta. Nā prudentia ⁊ conſiliuz in hoc differunt ꝙ conſilium di cit vtrū aliquid ſit agendum prudentia vero oſtendit quo fine: ⁊ quibus circunſtantijs adhibitis.vt quo tēpore ⁊ q̄li ter aliquid ſit agendū.ſicut al terius eſt ſcientie cognoſcere an expediat aliquē ſaluari:al terius non ſcire qualiter ali quid ſit ſaluandū:q2 primum pertinet ad theologiā ſecūdū ad medicinā. Item donū cō ſilij excellentius eſt q̄ȝ virtu tis prudentie.q2 conſiliū con tra oē precipitiū virtutez pru dentie rectificat:ne poſt factū peniteat ⁊ hic proprie eſt act9 ⁊ opus cōſilij.ſ.prohibere pre cipitiū ⁊ cauere. Sicut enim videmus ꝙ frenum eſt con tra precipitium equi : ſic do num conſilij cōtra cōem p̄ci pitatiōez opis boni. Et iō di citur Eccleſiaſtici.xxxij. Sine conſilio nihil facias poſt cu ius factū non penitebis. His ſuppoſitis iter illa pauca que de dono conſilij ſunt dicēda: ſunt hec conſilia notanda.

Nunc de conſilio ſpe cialiter nota tria:ſcilicet. Que ſunt i cōſilio neceſſaria

Que ſunt in conſilio lauda-
bilia.
Que ſit conſilioꝝ differētia.
¶ Primo ergo dicenduꝫ eſt
que ſunt in cōſilio neceſſaria.
Et nota ꝙ in conſilio quat-
tuoꝛ ſunt neceſſario obſeruan
da ſcilicet expediēs:facile cer
tum ꝛ ſecurū ꝛ contraria iſto
rum vitanda:ſcilicet damno
ſum:difficile:incertum:ꝛ peri
culoſum. Unde ille qui dat
conſilium ceteris paribus de
bet pꝛeponere expediens dā-
noſo facile:difficili certum in
certo.ſecurū periculoſo. Pꝛo
pter omnia illa dicitur Pꝛo
uer. xi. Erit ſalus vbi multa
conſilia.

Secundo videndum
eſt que ſunt in conſilio lauda
bilia. Et nota ꝙ in conſilio q̄t
tuoꝛ ſunt laudabilia ſcilicet.
Gratia conſiliuꝫ requirēdi.
Gratia conſilium eligendi.
Gratia conſilium exhibēdi.
Gratia conſiliū acquirendi.
¶ Primo igitur eſt valde lau
dabile ſcilicet conſiliuꝫ in om
nibus libenter requirere. Jō
dicitur Thobie.iiij. Conſiliuꝫ
ſemper a ſapientibꝰ require.

Secundo in conſilio
eſt laudabile conſiliarium bo
num eligere. Unde nota ꝙ
ſecundum doctrinā ſacre ſcri
pture:deus cōſiliarius eſt eli
gendus pꝛe omnibus. Nam
in conſilio ꝛ pꝛe conſilio reg-
rēdo. Pꝛio eligendus eſt deꝰ
non dyabolus. Unde dicitur
Thobie.iiij. Omnia conſilia
tua in ipſo ſcilicet in deo ma-
neant.

Secundo eligendus
eſt iuſtus non impius. Un-
de dicitur eccleſiaſtici.xxxvi.
Coꝛ boni conſilii ſtatue tecū:
quia dicitur Prouer.xij. Cō
ſilia impioꝛum fraudulenta:
quia vir ſcit alijs conſiliū da
re qui ſibi neſcit accipere. Et
ideo dicitur Geñ.xlix. Jn cō
ſilio eoꝛū ſcilicet impioꝛū nō
veniat anima mea.

Tertio eligendus eſt
ſapiens conſiliarius non fa-
tuus. ideo dictum eſt Tho-
bie.iiij. Conſilium ſemper a
ſapiente require:non a fatuo
quia dicitur eccleſiaſtici. viij.
Cum fatuis non habeas con
ſilium non enim poſſunt di-
ligere niſi que eis placent.

Quarto eligēdus eſt
ſenex ꝛ expartus. vt dicitur

eccleſiaſtici.xxv. Quã ſpecio-
ſa veteranis ſapia: ⁊ glorioſis
intellectus ⁊ cõſiliũ. Non eſt
pro cõſilio eligendus iuuenis
laſciu⁹ ideo roboã ꝓ magna
pte amiſit regnũ ſuũ: qꝛ reli-
cto ꝯſilio ſenioꝝ adheſit cõſi
lio iuuenũ. vt dr̃ tertij Re.xij.

Tertio videndum eſt
que ſit conſilioꝝ differentia.
Et nota ꝙ ſicut ſponſus io-
calia conſueuit portare ſpon-
ſe cũ qua de nouo contraxit:
ita xp̃s qui tanq̃ ſponſus de
thalamo procedens noue ſpõ
ſe ſue eccleſie cũ qua naturaꝫ
noſtrã cũ ſua vniendo in vni
tate perſone matrimoniũ ſa-
cramentale cõtraxit noua io-
calia: ideſt tria euangelica cõ
ſilia apportauit.

Primum conſilium
eſt caſtitas contra cõcupiſcẽ
tiã carnis. De hoc cõſilio hr̃
Matth.xix. Non oẽs capiũt
verbum iſtud: ſed quibus da
tũ eſt. Tales enim ſunt eunu
chi qui ſe caſtrant propter re
gnum celorum.

Secundum conſiliuꝫ
eſt voluntarie paupertatis: cõ
tra concupiſcentiã oculorum.
De quo conſilio hr̃ Matth.
xix. Si vis perfectus eſſe: va-
de ⁊ vẽde oĩa que habet: ⁊ da
pauperib⁹. Et ſeneca dicit ꝙ
quietiſſime viuerent hoĩes: ſi
hec duo pronomina tolleren
tur de mũdo. ſ. meũ ⁊ tuum.

Tertium cõſilium eſt
obediẽtie ⁊ humilitatis cõtra
ſupbiã vite. de quo dr̃ Mat.
xvi. Qui vult venire poſt me
abneget ſemetipſum: ⁊ tollat
crucẽ ſuã ⁊ ſequatur me. Se
metipſuꝫ abnegare: eſt ꝓpriã
voluntatẽ relinquere. Opti-
mũ conſiliũ. vnde dicit Ber.
Tolle ꝓpriã voluntatẽ ⁊ in-
fernus non erit. Exemplũ de
fratre orãte: ⁊ dyabolo inſul-
tãte. Et qꝛ ſuperius in tracta
tu de cõſilijs plene dictuꝫ eſt
de his tribus conſilijs: ideo
que dicta ſunt de dono conſi
lij modo ſufficiant.

¶ De dono intellect⁹. c.xxxiij.

Oſt donum cõſilii
dicẽda ſunt pauca de do
no intellectus: ⁊ dono ſapien
tie: quia hic poſſunt dici fere
omnia que dicta ſunt ſupra
in tractatu de virtute ⁊ prudẽ
tia. Vnde notandũ ꝙ virtus
prudentie ⁊ donũ conſilij diſ
ferunt a dono intellectus ⁊ ſa
pientie: qꝛ conſiliũ ⁊ pruden-

tia pertinent ad vitaz actiuaz ꝛ ſunt de actiuis: intellectus ꝛ ſapientia pertinent ad vitaz contemplatiuā ꝛ ſunt de con templatiuis.

Differunt autez intel lectus ꝛ ſapiētia: qꝛ intellect⁹ eſt cognitio ſpeculatiua: ꝛ qua ſi cognitio per viſuz ſapientia vero eſt cognitio experimēta- lis ꝛ practica: ꝛ quaſi cogni- tio per guſtuz: ꝛ ideo ſuperioꝛ eſt ſapientia qꝛ intellectus tm̄ dicit cognitionez vel viſionē: ſapientia ſupꝛa cognitionē di cit delectationem. Et nota ꝙ intellectus foꝛis ſtat ſapientia per affectuz intrat: ꝛ ipſa deli tias ſuggerit. Vñ dicitur in pſal. Guſtate ꝛ videte quoni am ſuauis eſt dñs guſtare ad ſapientiaz pertinet: ſed videre ad intellectū qꝛ qꝺ intellectus acute inuenit: ſapientiā matu re diſponit: ad ſpiritualem de lectationem conuertit. vt dicit Grego. Sūma huius diffe- rentie eſt: ꝙ donū intellectus eſt pꝛopꝛie penetratiuū: ſꝫ do- nuz ſapientie eſt pꝛopꝛie ſapo ratiuū. His pꝛopoſitis de do no intellectus notanda ſunt pauca: ꝛ ſpecialiter tria. De- bemus. n. per donū intellect⁹ ſubtilr̄ penetrare ꝛ itelligere. Que ſunt ſupꝛa nos: vt deuꝫ. Que ſunt iuxta nos: vt pꝛoxi mum. Que ſunt infra nos: vt coꝛ- pus noſtrum.

¶ Pꝛimo igiť debemus in- telligere ſuperioꝛa iuxta illud qꝺ dicit apoſtolus Ro. i. In uiſibilia dei per ea que facta ſunt: intellecta conſpiciuntur. ſempiterna quoqꝫ virtus ei⁹ ꝛ diuinitas. Et nō ꝙ duplex eſt liber in quo intellectus po teſt legere ꝛ intelligere ꝛ addi ſcere deum. ſ. liber ſcripture. ꝛ hūc libꝛū dedit ſaluatoꝛ diſci pulis ſuis poſt reſurrectionez vt. ſ. in figuris legalib⁹ ꝛ can- ticis ꝓphetalibus intelligerēt miſteria gratie que operatus eſt chꝛiſtus. i. vt per ea que fa cta ſunt ꝛ dicta in veteri teſta mento: intelligāt ea que com- pleta ſunt in nouo. vñ dicitur Luce. vltimo. Tūc aperuit eis ſenſum: vt intelligerēt ſcriptu ras. Ali⁹ liber creature: in quo intellectus fidelis debet deuꝫ querere: vt poteſt ipſum inue nire. ſicut in magnitudine cre aturarum omnipotentiā dei. in pulchꝛitudine ꝛ oꝛdine ſa- pientiam. in vtilitate ꝛ fructu: bonitatem dei ſummaꝫ. quia

dicitur Sapientie.xiij. A ma
gnitudine ſpeciei ⁊ creature
cognoſcibiliter poteſt eorum
creator videri. Hunc intelle-
ctum non habuerunt philoſo
phi quia intellectus eorū neſ-
ciunt aſcendere a magnitudi
ne creature ad magnitudinez
dei.⁊ ideo fuerūt ſimiles pue
ris qui cū legunt litteras pul
chras deauratas attēde reſpi
ciunt:ſed quid littere ſignant
non intendunt.

Nota

Itez notandū diligen
ter ꝙ creatura duplex eſt.ſcili
cet naturalis : ⁊ artificialis:⁊
ſic omnis creatura ſignificat
ſuum creatorē dupliciter. In
creatura eſt ſignum naturale
⁊ poſitiuū. Signum naturale
dicitur in creaturis quas con
didit per ſe diuina ſapiētia ſi-
gnum poſitiuū dicitur in fa-
bricis ⁊ operibus ſacramen-
talibus:que conſtituit eccleſia
vt ſunt forme eccleſiaꝝ: ⁊ ve-
ſtes ⁊ ornatus miniſtrorum:
que omnia ſunt iſtituta vt in
telligamus deum:q2 in altitu
dine eccleſiarum:ſublimitatē
in magnitudine:immenſitatē
vel infinitatez.in quadratura
ſoliditatez:in longitudine eter
nitatē.⁊ ſimiliter de alijs. In
miniſtris ſimiliter ⁊ ornamē
tis eoꝝ intelligo deum : vt in
veſte candida:munditiaz ⁊ pu
ritatem.in veſte rubea dei cle
mentiam ⁊ caritatem:in veſte
aurea:dei ſapientiā ⁊ clarita-
tem:⁊ ſic de alijs. Iſte intelle
ctus proprie vocatur donum
dei vt dic apoſtolus.ij. ad Ti
motheum.ij. Dabit tibi dn̄s
in omnibus intellectuz.

Secūdo debemus in
telligere que ſunt iuxta nos.ſ.
proximum. Iuxta illud quod
dicitur Eccleſiaſtici.xxxi. In-
tellige que ſunt proximi tui:⁊
teipſo. Nā in frigore meo de
beo intelligere pauperis nudi
tatem. In fame ⁊ ſiti:paupe-
ris ſitim ⁊ eſuriem ⁊ in dolo
re meo:pauperis infirmitatē.
⁊ ſic de alijs. Et ſicut homi-
nes bene intelligentes cōſue
uerūt ad honores ⁊ dignitas
promoueri:ita qui intelligunt
neceſſitatem proximi promo-
uentur ⁊ quaſi epiſcopant ad
beatitudinē paradiſi. Vn̄ di-
citur in pſal. Beatus qui itelli
git ſuper egenū ⁊ pauperem.

Tertio debemus itel
ligere que ſunt infra nos:ſicut
animã n noſtraz ⁊ corpus no
ſtrū.ſicut enim oculus noſter

dirigit manuʒ in opere ꝛ motu exteriori:ſic intellectus regulat affectū in omni opere ꝛ motu interiori. Unde intellectus dicitur interior lectus:qꝛ animam informat.animā trāquilat ꝛ quietat ſicut corpus in lecto pauſat.Dicitur etiam interior locus: qꝛ ſicut locus continet ꝛ ꝯſeruat locatuʒ:ſic intellectus ſtabilitat ꝛ conſeruat liberum arbitriū ꝛ omnē interiorem motū. Ideo dicit̄ in pſal. Intellectus bonꝰ omnibus facientibus eū:qꝛ ſi homo nō faciat quod intellectus ꝛ conſcientia dicūt: nec deus nec angelus nec homo. quia iſta tria habēt intellectuʒ:dici meretur:ſʒ potius iumēto cōparatur. Unde dicit̄ in pſal. Homo cū in honore eſſet nō intellexit creatorem ſuum ſed iumentis comparatur:ꝛ ſimilis factus eſt illis.

## ¶ De dono ſapientie.c.xxxv.

Eſt donuʒ intellectus pauca habemus dicere de dono ſapiētie:qꝛ multum conuenit cū virtute prudentie:ꝛ alijs virtutibꝰ ſeu donis que informant cognitiuā tamen qꝛ ſapiētia non tm̄ informat cognitiuā.ſed etiā affectiuam ideo dicenda ſunt de ſapientia pauca.ſ. tantuʒ tria. ¶ Uñ notādū ꝙ ſapiētia eſt. Donum ſplendidiſſimuʒ inſtar lucis.
Donū ſapidiſſimū inſtar mellis. Donum profundiſſimuʒ inſtar maris.

¶ Prio ergo donuʒ ſapie eſt donū ſplēdidiſſimū:nō ſolum ſic̄ ſol:ſʒ ēt pluſq̃ʒ ſol.ſol.n.iſte nō oñdit nobis niſi que ſunt ſupra terrā:ꝛ infra celū: ſapia aūt dei fac̄ nos cognoſcer̄ oia ſ.infernū vt timeamꝰ mundū: vt ꝯtēnamus celū vt appetamus deū:vt laudemꝰ. ꝛ iſtud eſt vltimū libri ſapie.ꝛ ab iſto donat̄.ſ. cognitio diuinoꝝ vt dicit Aug.ꝛ ꝓpterea dr̄ ſapie vij. Hec.ſ.ſapia eſt ſpecioſior ſole: ꝛ ſup oēm diſpoſitioneʒ ſtellaꝝ luci cōparata: ꝛ iuenit̄ prior.qꝛ per lucē viſibilia videntur tantū:per ſapiētiaʒ vero etiā inuiſibilia cognoſcunt̄.

Secundo ſapiētia eſt donuʒ ſapidiſſimū inſtar mellis:non ſolū ſicut mel:ſʒ etiaʒ pluſq̃ʒ mel. Uñ dicit ſapiētia Eccleſia.xxiiij. Spūs meꝰ ſuper mel dulcis : ꝛ hereditas mea ſuper mel ꝛ fauuʒ. Mel nāqʒ vnū habet ſaporeʒ: ꝛ il-

lo guſtato deſipiunt alia etiaꝫ meliora. ſicut vinū quod poſt mellis guſtū non apparet ſapidū. ſꝫ ſapientia diuina oēm habet saporeꝫ quia ſibi ſapiūt omnia vt debent. ſ. tam mala q̄ꝫ bona temporalia: vt vilia ⁊ inſipida. bona ſpiritualia: vt cara. bona eterna vt fructuoſa ⁊ ſumme nobilia. Vn̄ dicitur eccleſiaſtici. vi. Sapientia ſm nomē ſuū eſt. ſ. ſapida ſcientia: ⁊ non multis eſt manifeſta. Ideo dicit bene Bern̄. Inueniſti plene ſapientiaꝫ: ſi prioris vite peccata defleas. Si huius ſeculi deſideria paruipendis ſi eternā beatitudineꝫ toto deſiderio ꝯcupiſcas: inueniſti ſapientiā: ſi tibi ſingula hoꝝ ſapiant prout ſunt.

Tertio ſapiētia eſt donuꝫ profundiſſimū inſtar maris. nō ſoluꝫ ſicut mare ſꝫ etiā pluſq̄ꝫ mare q2 mare hēt fundum ſapientia diuina nulluꝫ habet fundū. q2 vt dr̄ Job. xi. Longior eſt terra mēſura eiꝰ: ⁊ latior mari. Et ꝑpterea dicit apoſtolus Ro. xi. O altitudo. i. profunditas diuitiaꝝ ſapientie ⁊ ſciētie dei q̄ꝫ incomprehenſibilia ſunt iudicia eiꝰ: ⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ: q2 nimis longe ſunt ſapientie diuine iudicio quibꝰ diſpoſuit omnia iueſtigabilia q̄ꝫ gutte maris valeant numerari. Exempluꝫ de patre ⁊ filio volentibꝰ haurire totū mare cū coclea ri paruo: vt narrat Jero. Jō dicit donū q2 nunq̄ꝫ per ſtudiuꝫ acquirit: niſi per inſpirationē diuinā habeatur. Et iō dicitur Jacobi. i. Si quis veſtruꝫ indiget ſapiētia poſtulet a deo qui dat oībus affluētur ⁊ nō improperat: ⁊ dabitur ei Et ſap̄. ix. Da mihi dn̄e ſediū tuaꝝ aſſiſtricem ſapientiā: vt mecū ſit ⁊ mecum laboret: vt ſciam quid acceptuꝫ ſit coraꝫ te omni tempore. Amen.

¶ Septima dieta de humilitate. capitulum. xxxvi.

Poſt tractatū de dōis ſpiritusſancti: dicendū eſt de beatitudinibus: hec eſt ſeptima dieta ſalutis. ſ. a dono ſpūſſancti: ad beatitudinem peruenire.

¶ De humilitate enim quattuor ſunt p̄cipue notanda. ſ.
Typum figuratiuum.
Motum incitatiuum.
Signum demonſtratiuum
Gradum diſtributiuum.

¶ Habet ergo humilitas in

ſacra ſcriptura typum multiplicem ꝛ figuram.

Nota igitur ꝙ humilitas eſt: Breuis ſcala deuotionis. Breuis ſcola pfectionis Breuis via ſaluationis. Breuis ſcala ſi vis aſcendere: breuis ſcola ſi vis addiſcere: breuis via ſi vis incedere.

Eſt igiť humilitas breuis ſcala. Et nota tria in ſcala humilitatis. ſ. ſcale extremū ymū: ꝛ ſupremuȝ ſcale latera dextrū ꝛ ſiniſtrū. ſcale ſpacia ſcilicet triplicē gradū. Habet eniȝ ſcala humilitatis duo extrema: ymū ꝛ ſupremū ymuȝ vel pes huius ſcale eſt timoꝛ ſupplicij: ſupremū vero eſt amoꝛ premij. vn̄ pſal. Si aſcendero in celū tu illic eſt: ſi deſcendero ad inf. ꝛc̄. Iteȝ habet ſcala duo latera. ſ. dextrū ꝛ ſiniſtruȝ. dextrū eſt: temperātia in pꝛoſperis: ſiniſtrū patientia in aduerſis. Vn̄ apoſtolus. ij. Coꝛ. vi. Per arma iuſtitie a dextris ꝛ a ſiniſtris. Iteȝ hec ſcala habȝ tria ſpacia vel tres gradus: inter quos prim⁹ eſt contemptus mundi: ſecūdus eſt humilis abiectio ſui terti⁹ eſt humilis amoꝛ dei. Hec ē ſcala Iacob. Gen̄. xxviij.

Itē eſt humilitas breuis ſcola. eſt eniȝ cōpendium totius iuſtitie. vn̄ ipſa dicitur omnis iuſtitia. Mat. iij. Sic eniȝ docet nos implere oēm iuſtitiā glo. i. humilitatē. Ideo ſaluatoꝛ ꝛ magiſter optim⁹ in ſua ſcola prolixitatē totius legis reduxit ad quandaȝ ſummā. i. ad methoduȝ humilitatis: dicens Matthei. xi. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ꝛ humilis coꝛde. Humanitas aūt ſic deſcribitur. Humilitas eſt ex intuitu ꝓpꝛie conditionis vel conditione voluntaria mentis inclinatio.

Eſt inſuper humilitaſ ſicut breuis via: qꝛ cuȝ humilitas petat centruȝ per conſequens vetat circuluȝ ꝛ ſpecialeȝ circuitū: ꝛ facit dyametrū: ꝛ dyametraliter pertrāſit ſpacium ꝛ ita rectiſſime venit ad terminū. Iſa. xxx. Hec eſt via ambulate in ea.

¶ Item humilitas.
Se attenuat vt amet a ſpōſo.
Se adnihilat vt creetur de nouo.
Se euacuat vt ipleať a deo.

¶ Humilitas itaqȝ ſe attenuat: ꝛ ſic facit ſeipſam gracileȝ ad domicelle moduȝ. Unde

humilitas ꝛ gracilitas ſponſe que ſponſuꝫ incitat ad eius amorē. Et cauſa huius eſt:qꝛ gracilitas ſigāt vel atteſtatur incorruptionē: ſicut econtrario timor ſigāt corruptaꝫ eſſe mulierē ꝛ pregnantē. Unde nota ꝙ quidaꝫ tumēt ꝛ inflātur de genere ꝛ nobilitate: ꝛ tales impregnātur a proprio patre ſicut filie loth Gen.xix. Quidaꝫ inflātur de ſubditoꝝ multitudine ꝛ poteſtate: ꝛ tales ipregnantur a toto populo ſicut dauid qui fecit murmurare populū.ij.Reg.xxiiij. Quidā etiaꝫ timent ꝛ inflant de incorruptione corporis:ꝛ per ꝯſequēs qḋ eſt delectabile ipregnātur a virginitate:ſicut fatue virgines Mat.xxv.

Item humilitas ſe adnihilat:vt de nouo creet. Ipſa eniꝫ eſt illud nihilum ſuper qḋ deus fundauit terrā Job.xxvi. Qui appendit terrā ſup nihiluꝫ.i.animaꝫ ſuper humilitatis fundamentuꝫ.

Humilitas inſuper ſe euacuat vt ipleatur ideſt vacuam ꝛ inanē ſe reputat. Unde figuratur per altare tabernaculi. Exo.xxviij.quod erat ita concauū vt poſſet recipere igneꝫ:ligna:ꝛ victimas:ſic humilitas ē vacua: vt capiat iſta tria:ſcilicet igneꝫ dilectionis: ligna compaſſionis: ꝛ victima deuotionis.

¶ Iteꝫ nota ꝙ humilitas eſt.
Quidquid in valore eſt precioſius.
Quidquid in odore eſt delitioſius.
Quidquid in decore eſt gratioſius.

¶ Primo igitur dico ꝙ humilitas in valore eſt ſumme precioſa.ꝛ propter hoc cōparat auro ꝛ balſamo: que ſunt duo valde precioſa.balſamuꝫ ſuper omnes liquores:auruꝫ ſuper omnia metalla: ꝛ ſicut iſta duo ſunt valde rara ꝛ iō precioſa: ſic rariſſima eſt humilitas vera:ꝛ iō ſumme cara:ꝛ ſicut auruꝫ eſt valde ponderoſum: ꝛ naturaliter petit centruꝫ balſamus ſemper petit funduꝫ:ſic vera humilitas inſtar auri ꝛ balſami ſemper appetit inferiorem locum. Et propterea de valore humilitatis dicitur Sap. vij. Omne aurum in comparatione illius:arena eſt exigua.

Eſt etiaꝫ humilitas in odore multum delitioſa.ꝛ pro

pter hoc comparatur in ſcriptura tribus que ſunt valde odorifera: ſcilicet thuri qđ eſt granum modicum: eſt tamen fragrantiſſimum: ideo dicitur Eccleſiaſtici. l. Quaſi thus redolens in dieb⁹ eſtatis. Comparatur etiam nardo: que eſt arbor parua ꝛ valde odorifera vnde dicitur Canticorū. i. Nardus mea dedit odorem ſuum. Comparatur etiā cynamomo qđ eſt cinere coloris: ꝛ cum frangitur: ſpirat quendā viſibilem ꝛ fragrantiſſimum odorem ideſt vaporē ad modum cineris. ſic verus humilis q̄ cinerē ſe reputat. emittit ſpiramina fragrātiſſimi virtutis. Et ideo dicitur Eccleſiaſtici. xxiiij. Sicut cynamomum ꝛ balſamum aromatizans odorē dedi.

Eſt inſuper humilitas in decore mentis valde ſpecioſa ꝛ propter hoc cōparatur virori ꝛ colori viridi: qui ſup omnes colores eſt proportionabilis oculis: ꝛ delectabilis ad videndum. Vnde dicitur Eccleſiaſtici. xl. Gratiā ꝛ ſpeciem deſiderabit oculus: ꝛ ſuper oēs virides ſationes vel ſegetes ſatior viridiorq̄ ē virtus humilitatis.

Itē nota ꝙ humilitas ſe humiliat vt aſcēdat. Se incinerat vt redoleat. Se mortificat vt reſurgat.

Humilitas itaq̄ ſe humiliat ꝛ ſemper inclinat. Sicut enim ramus in quo pendet fructus: ꝛ ſicut ſpica plena grano reſpicit ꝛ declinat verſus terram: ſic anima humilis que inſtar rami que eſt onuſta fructibus bonoꝝ operum: ꝛ ad modum ſpice granate: eſt plena granis virtutum: reſpicit terram. ideſt propriam fragilitatem ꝛ carnis vel corporis conditionem terrenā. Econtrario ramus erectus monſtrat ꝙ in eo eſt nullus fructus: ꝛ ſpica erecta ꝙ eſt granis vacua. Ita homo per ſuperbiam erectus eſt ad modum rami ſterilis ꝛ infructuoſi. Et ideo dicit ſaluator Mat. vij. A fructibus eorum: cognoſcetis eos.

Humilitas etiam ſe incinerat ꝛ puluerizat: ꝛ ſic ſuauius fragrat ſicut herbe ꝛ ſpecies aromatice plus redolent quanto ſunt minutius trite ꝛ puluerizate. vnde dicit̄ Cāti-

coꝛ .iij. Que eſt iſta que aſcēdit per deſertū: ſicut virgula fumi ex aromatibus mirre ⁊ thuris: ⁊ vniuerſi pulueris pigmentarij.

Et notandum ꝙ omnis homo debet ſe puluerem ⁊ cinerem reputare ex parte carnis: de qua certus eſt ꝙ efficietur puluis Gen̄.iij. Puluis eſt ⁊ in puluerem reuerteris. Ex parte anime debet ſe quilibet puluerē ⁊ cinerē reputare, pꝛecipue pp tria. ſ.

Primo pꝛopter vilitatem. Sicut.n.cinis eſt vilis q̄tumcunqȝ fuerit de pꝛecioſa materia: ſic anima valde vilis eſt ex culpa q̄uis ſit valde nobilis ex natura. pſal. Ad nihilū deductus eſt in cōſpectu eius malignus.

Secundo pꝛopter reſiſtendi difficultatē qꝛ ſicut cinis ſtatim diſpergitur: ⁊ non poteſt reſiſtere modico flatui ſic homo non poteſt reſiſtere modice tentationi: immo frequenter cadit ad ſibilum modici verbi. Unde dicitur in pſal. Non ſic impij non ſic: ſȝ tanq̄ puluis ⁊c.

Tertio pꝛopter reſurgendi impoſſibilitatem. Naȝ ſicut cinis non poteſt redire ad ſtatuȝ ſue materie: ſic homo peccatoꝛ non poteſt redire ad ſtatū gratie: niſi ſola dei virtute: qꝛ dicit Eccleſiaſtes vij. Nemo pōt coꝛrigere quē deus deſperit. Et in pſal. Niſi dominus edifica. ⁊c.

Humilitas inſuper ſe moꝛtificat vt reſurgat: qꝛ humilis quaſi ſemper conſiderat moꝛtem pꝛopꝛiam: vt reſurgat ad vitam.

¶ Et nō ꝙ memoꝛia moꝛtis facit in hoīe p̄cipue ſex bona.

Primo facit peccata vel vitia fugere. Naȝ ſicut latrones timent ⁊ fugiunt faciē iudicis: ſic vitia memoꝛia mōtis: ⁊ ſicut iumentum cū cauda ſe defendit a muſcis: ſic homo a tentatione vitioꝝ ex cōſideratione moꝛtis. Nam de peccatoꝛe dicit Tren̄.i. Soꝛdes eius in pedibus: ideſt in affectiōib⁹. Et ſubdit cauſaȝ: qꝛ nō ē recoꝛdatus finis ſui.

Secundo facit mūdū contemnere. Unde dicit Jero. Facile contemnit omnia: qui ſe ſemper cogitat moriturum. Nā concupiſcentia ocu

lorum contemnitur: quando quis cogitat ſe in terram reuerſuruz. Concupiſcentia carnis deprimitur: quando quis cogitat ꝙ corpus in delitijs nutritum: erit cibus vermiū. Superbia vite contemnitur quādo quis cogitat ꝙ ille qui vult eſſe: ſupra alios ponetur ſub terra: que eſt infimum elementorum.

Tertio facit ſeipſum deſpicere ꝛ propter reſolutionem ad terram in ſuijpſius cognitionem venire: qui modus cognoſcendi ſm philoſophū: eſt certiſſimus inter omnes propterea dicitur in pſal. Sciant gentes quoniam homines ſunt: ideſt de humo.

Quarto facit vitā preſentem recte regere ſicut enim gubernator nauis ſe ponit in cauda. vt rectiuſ gubernet naue3: ſic qui in mari huius mūdi vult recte ꝛ ſecure nauigare: nouiſſima ſua debet cogitare vel recordari. Na3 dicit Eccleſiaſtici. vij. Memorare nouiſſima ꝛ in eternum non peccabis.

Quinto facit recte tēperare preſentem letitiā: ſicut enim fatua eſt eſca ſine ſale: ſic pñs letitia eſt inepta ſine mortis conſideratione: inſtar ſalis: dulcedinem letitie temporalis miſcet cū amaritudine mortis. Unde dr̄ eccl'iaſtici. xli. O mors ꝙ̄3 amara eſt memoria tua homini iniuſto.

Sexto facit recte diuidere pñtem ꝛ futura3 vitam. Qui enim ponit ſe in articulo mortis ꝛ eā diligenter conſiderat quaſi in medio p̄ſentis ꝛ future vite ſe collocat. ꝛ ideo recte videt quid ſpernere: ꝛ quid eligere debeat. Jō dr̄ Eccleſiaſtici. xi. Jn die bonorū: ne imemor ſis malorū.

¶ Jtem humilitas eſt.

Gratioſa inſtar floris ſpecioſi.

Luminoſa inſtar ſideris radioſi.

Uirtuoſa inſtar lapidis precioſi.

¶ Eſt itaq3 humilitas gratioſa inſtar floris ſpecioſi. Cōparatur autē inter flores precipue viole: que eſt flos modicus ꝛ valde p̄cioſus. ¶ Et nota ꝙ viola eſt formata inſtar auicule puc. Ps3. n. quoddā roſtrū puū: ꝛ q̄ſdā puulas alas: ꝛ quādā caudā puula3:

ita humilitas habet ad mo-
dū viole iſta tria diminutiua
per ꝓpriā reputationē hꝫ nā
qꝫ roſtrū ad laudādū deū hꝫ
ēt alulas vel pēnas ad contē
plādū celū. habet caudam ad
cogitandū finē ꝓpriū. Hec ē
viola ꝑciosa de qua dicit̄ Cā
ticoꝝ. ij. Ego flos campi. ⁊c.

Eſt etiaꝫ humilitas lu
minoſa iſtar ſideris radioſi.
Nā ſic ſidus vel ſtella ē mo-
dica i appentia: cū tñ ſidus i
veritate: vt tradūt mathema
tici. ſic maioꝛ tota terra. ſic hu
milis cum ſit puus. in verita
te eſt apud deū maxim⁹ ⁊ ſua
tñ ⁊ hoīm reputatiōe vult eſſe
q̄ſi nullus. ideo dicit̄ Eccleſia
ſtici. xxxiij. Quāto magn⁹ es:
humilia teipſuꝫ in oib⁹. Jpa
eni ē iſtar lune. nā ſic lune eſt
lūinare qđ minuit̄ ex cōſūma
tiōe. vt dr̄ Eccl'iaſtici. xliij. ſic
humilis ſe minorare nititur:
cū a deo ꝑ gratiā cōſummat̄.
Sicut virgo maria Luce. i.
Quia reputauit ſe ancillā hu
milē: cū ſalutaretur venerabi
liter per archangelū gabrielē
⁊ a filio dei eligeret̄ i matreꝫ.

Eſt etiaꝫ humilitas in
ſtar lapidis precioſi virtuoſa:
Nā lapides ꝑcioſi ſūt vt plu
rimuꝫ quātitate modici ⁊ vir
tute magni. Et nota ꝙ humi
litas cōparat̄ ſpāliter ⁊ ꝓprie
quinqꝫ lapidibus precioſis.

Primo ameſtito qui
reprimit ebrietatē ſic humili
tas ſuperbiaꝫ: que ſe inebriat
per ābitionē. Vñ ſupbia eſt
ebria ⁊ non a vino vt dr̄ Jo-
helis. i. Expgiſcimini ebrij ⁊
nō a vino, ſꝫ a vēto. ſ. ſupbie.

Secundo iaſpidi qui
fugat fantaſmata ſic hūilitas
honores trāſitorios qui ſunt
q̄ſi fantaſie: vel ſomnia. Or
dr̄ de ſuperbo Eccl'iaſtici. xxx
iiij. Coꝛ tuū fantaſias patit̄.

Tertio humilitas eſt
ſic ſaphir⁹. Nā ſic ſaphir⁹ re
ꝑmit hūoꝛes ſeu tūoꝛes corpa
les: ita hūilitas ſupbas ⁊ āpu
loſas iflatōes. Jpa. n. nō iflat̄
nō ē ābitioſa: ſic de charitate
dic̄ apl's prime ad Coꝝ. xiij.

Quarto humilitas eſt
ſicut onichinus. Nam ſicut
onichin⁹ dr̄ hoieꝫ reddere in
uictū: ſic humilitas reddit in-
uictū hoieꝫ ⁊ facit de hoſtib⁹
triūphare. Jn cui⁹ figura dr̄
ꝙ dauid qui dr̄ humilis: cuꝫ
lapidib⁹ funde goliaꝫ interfe
cit. vt dr̄ primi Reguꝫ. xvij.

Quinto humilitas eſt ſicut dyamas. Nā ſicut dymas eſt lapis qui reddit hominē gratioſuꝫ: ſic humilitas hoieꝫ deo ⁊ hoib⁹ facit eē placentē ⁊ gratū. vñ dr̄ de humilitate Deut. xxiij. Sit placēs fratrib⁹ ſuis. Et ſicut coꝛam deo ⁊ hominibus eſt ſuꝑbia odioſa vt dicit̄ Eccl'iaſtici. x. ita humilitas eſt deo et hominibus gratioſa.

Item humilitas cum deo quaſi de pari contendit cum diuina liberalitate eius gratiam ſemper recipiendo. Superbiā circonuenit ⁊ deſpicit: melioꝛem partem eligendo.
Dyabolum deſpicit: eius laqueos euadendo.
¶ Humilitas igitur quaſi ꝺ pari contendit cum diuina liberalitate: quia quanto diuina liberalitas aie plura tribuit tanto ipſa ad recipiendum fit capatioꝛ: ⁊ hoc triplici arte: ſcilicet.
Se dilatando par gratiaruꝫ actionem.
Incuruando per deuotā oꝛationem.
Euacuando per modicaꝫ ſui reputationem.

¶ Primo eniꝫ humilitas cū recipit dei beneficia gratias agendo ſe dilatat: ⁊ ſic recipiendo parat ſemper locum vt deus amplius infundat. Vnde ipſa vas admirabile opus excelſi. vt dicitur Eccleſiaſtici. xliij. Et bene humilitas vas admirabile dicitur: qꝛ dū impletur: de impletione capatioꝛ efficitur.

Secundo humilitas per oꝛationē ſe incuruat: ⁊ ſic ad magis hauriendum ſe pꝛeparat naꝫ ſicut ydria curuatur vt hauriat aquam ſic humilitas ſe incuruat vt hauriat: ⁊ hoc oꝛando gratiam diuinam. ⁊ quanto deus amplius donat: tanto ipſa amplius poſtulat: immo nunquaꝫ petere ceſſat: ⁊ ideo in ea impletur quod dicitur Eccleſiaſtici. xviij. Cuꝫ conſumauerit homo: tunc incipiet.

Tertio humilitas per pꝛopꝛiam reputationem ſe euacuat: ⁊ quodammodo ſe extimauit ⁊ per conſequens ad recipiendum capatioꝛ fit. ⁊ hoc triplici arte exiſtit: quia dum gratiam dei in plenitudine recipit: ſeipſum tam vacuam recognoſcit. ideo in

perſona dei dicitur de humilibus Eccleſiaſtici. xxiiij. Qui bibunt me adhuc ſitient.

¶ Item humilitas etiam ſuperbiā circonuenit: meliorez partē eligendo. Et nota ſpāliter decē in quibus humilitas reſpectu ſuperbie eligit meliorem ptez. Superbia. n. eligit quod eſt extra: humilitas qđ eſt intra. De pmo dr̄ Matt. xxiij. Omnia opera ſua facit vt videaī ab hoībus. De humilibus vero dicit apl̄s. ij. Cor. i. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniū cōſcientie noſtre.

Superbia eligit ſarpillas: humilitas tortillas.

Superbia eligit corticem humilitas nucleum.

Superbia eligit paleam: humilitas granum.

Superbia eligit flores: humilitas fructum. iuxta illud Canticor. ij. Fructus eius dulcis gutturi meo.

**Superbia eligit mon**tes humilitas valles. Et nota q in montib9 ſunt q̄ttuor mala. ſ. ariditas ideuotionis: durities incōpaſſionis: ſterilitas operatiōis ꝛ pcipitiū dānatiōis. Humilitas vero eligit valles in quibus ſunt q̄ttuor: bona: illis malis oppoſita. Nā ſicut valles cōtra ariditatē ſunt irrigue: contra duritiā ſunt molles: contra ſterilitatē ſunt fructifere: ꝯtra precipitiū ſunt ſecure: ſic humiles ad modū vallis ſunt irrigui per deuotionez: ꝛ molles per cōpaſſionez fructiferi per bonā operationez: ſecuri per diuinā protectionē: qꝛ in iſerno nō oportet timerī pcipitiū.

Superbia eligit pulchrū: humilitas bonum.

Superbia eligit ymaginem: humilitas veritatem.

**Superbia eligit cōtē**tionē. i. locū ſupiorez pro quo contēdunt ābitioſi: humilitas pacē. ſ. locū inferiorē: pro quo nullus cōtendit. Jō dicit ſaluator Luce. xiiij. Recūbe in nouiſſimo loco. Et ſic i pace fact9 eſt loc9 ei9: vt dr̄ in pſal.

**Superbia eligit eſſe i**ore hoim: ꝛ ideo non eſt mirū ſi ſentit aliquādo morſus detractionis: humilitas vero eligit eſſe in iudicio dei: per quē ſoluz vult iudicari. ſicut dicit apl̄s ad Cor. iiij. Qui autem iudicat me: dominus eſt.

**Humilitas iſuper de**

ſpicit ⁊ ꝑuipendit dyabolum: ei9.ſ.laqueos euadendo. Naꝫ ſicut piſciculi euadunt ſagenā ſic humiles rete.i. tētationes dyabolicas. In cuius figura rex caldeoruꝫ tranſtulit in babyloniā:⁊ captiuauit nobiles ⁊ potentes:⁊ dimiſit pauperes. i. agricolas ⁊ vinitores. vt dicit quarto Regū. xxiiij.

Humilitas īſuper habet motum incitatiuū.i. cauſas multas que hominez mouere debent ad ſe humiliandum.vnde nota ꝙ ſunt quinqꝫ cauſe precipue:ex quarum conſideratione debet homo ſeipſum humiliare: ſcilicet ſi conſideret.

Que ſunt infra.
Que ſunt intra.
Que ſunt iuxta.
Que ſunt contra
Que ſunt ſupra.

¶ Prima igitur cauſa humilitatis eſt conſideratio creature corporalis que in homine eſt debet igitur creaturas corporales diligenter conſiderare:⁊ ex illis humilitatē hauri re.ſi.n.conſideret terram:videt proprium ſepulchrū.ſi attendat ignem ſuper terrā videt ſupplitiū peccatorū:ſi cōſideret quadrupedia vite videt ea fortiora : ſi volatilia videt ea leuiora ⁊ agiliora.ſi terre naſcentia: videt meliora: ſicut fructus ⁊ pulchriora:ſicut flores. Vltimo ſi conſideret proprium ſubiectū:videt ꝙ in principio eſt ſemē immundū in medio ſaccus ſtercorū:⁊ in fine cibus vermium.vt dicit Ber. Et iteruꝫ vide vnde veneris:⁊ erubeſce vbi es:⁊ ingemiſce quo vadis ⁊ contremiſce. Et ita cū homo diligēter cōſiderat ꝓprias vilitates tūc humilitas reſumit vires. Sicut enim muſcus in locis ferentibus recuperat odoreꝫ. ſic humilitas fragrātior efficitur cū quis conſiderat propriā vilitatem. Et ideo dicebat abraā Gene.xviij. Loqͬr ad dominum meum:cū ſim puluis ⁊ cinis.

Secunda cauſa humilitas eſt cōſideratio ſtatus ſterioris. Ois aūt homo aut ſit ſe eſſe peccatorē:aut iuſtuꝫ. ſi ſciat ſe eſſe peccatorē : multū dꝫ humiliari: qꝛ q̄ꝫtū ad hoc deterior eſt cane:vel buffone: qꝛ pctōr eſt debitor tpalis ⁊ eterne mortis:illa vero ſoluꝫ tpalis ⁊ i illis ſoluꝫ ē miſeria

pene in peccatoribus vero pe
ne ꝛ culpe ꝛ in hoc ſunt ſimi-
les dyabolo. Si aũt fuerit pec
cator aliquãdo:neſcit vtrũ iu
ſtificatus eſt a peccato. qꝛ dr̃
Eccleſiaſtici.ij. Neſcit homo
vtruꝫ amore in odio dignus
ſit.ſed omnia in futuro ſeruã-
tis incerta. Si aũt ſciat aliqs
ſe eſſe in gratia:tñ ſe humilia
re dꝫ ꝓpter quattuor que in-
terdũ etiã viris iuſtis ꝛ perfe
ctis nocẽt.ſ. negligẽtia ꝓficiẽ
di:difficultas ſtãdi vel perſe-
uerãdi:facilitas cadendi etiaꝫ
ad ſibilũ vnius mõi verbi dif
ficultas vel ipoſſibilitas reſur
gendi. Homo.n.poteſt per ſe
ire ad culpã:ſed per ſe nõ po-
teſt redire ad gratiã:quia di-
citur in pſal. Spiritus vadẽs
ꝛ non rediens.

Tertia cauſa humilita
tis eſt ꝯſiderare ſe de ꝓximis
nr̃is. Videmus.n.multos de
fratrib⁹ ꝛ ꝓximis noſtris in
ſcientia ꝛ virtutib⁹ ꝓfeciſſe. ꝛ
nos i peccato vel ignorãtia re
mãſiſſe.vñ debem⁹ erubeſce
re. Videmus etiã multos fra
tres ꝛ ꝓximos cecos mẽdicoſ
ꝛ diuerſis miſerijs afflictos.
ꝛ ideo debemus compati ti-
mere ꝛ deo grati ꝛ humiles
eẽ:ꝛ laudare eũ:q nos potuit
ꝛ põt ſimilia ex ſua eqtate in
fligere ꝛ ex ſua pietate cuſto-
dire. Et ꝓpter hãc cãꝫ humili
tatis dr̃ Job.v. Viſitãs ſpe-
ciẽ tuã nõ peccabis. Viſitãs
ſpeciẽ tuã.ſ.i ꝓximũ q ẽ ſpẽs
tua:vel ſpecies vna tecum.

Quarta cauſa humili
tatis eſt cõſideratio hoſtis ad
uerſantis:cui ſine dei adiuto
rio nõ poſſumus reſiſtere.im
mo ſi cõparati fuerim⁹ ei ipe
quaſi gygas:ꝛ nos q̃ſi locuſte
vt dr̃ numerorꝫ.xiij.cui⁹ etiaꝫ
tãta eſt crudelitas:ꝙ nos om
ni hora trãſglutiret:niſi etiam
diuina ꝓtectio nos cuſtodi-
ret qꝛ dr̃ Trenorꝫ.iij. Mie dñi
qꝛ nõ ſumus ꝯſumpti.cui de
bemus totã virtutẽ aſcribere.

Quinta cauſa humili
tatis ẽ ꝯſideratio diuine ma-
gnitudinis:cui tenemur humi
liter ſubeſſe ꝓpter bñficiũ cre
ationis iuxta illud pſal. Ipſe
fecit nos:ꝛ nõ ipſi nos ꝛ pro-
pter bñficiũ redẽptiõis. iuxta
illud Eccleſiaſtici.xxix. Gra-
tiã fideiuſſoris tui. ne obliui-
ſcaris. Humiliare etiã debe-
mus nos deo:cuius potentiã
euadere nõ poſſumus cuius
ſapientiã latere non poſſum⁹

cuius iuſtitiam corrumpere non poſſumus.

Unde notandū iuxta hoc ꝙ tribus de cauſis debꝫ ſe qs inclinare ꝛ dimittere.

Primo quādo videt capiti ſuo gladiuꝫ imminere: ſic nos debemus humiliari ꝛ timere:ꝙ videmus ſuper caput noſtruꝫ gladium diuine ſententie vibrare. Unde dicitur prime Petri.v. Humiliamini ſub potēti manu dei.

Secundo inclinat ſe aliquis quando oportet ipſuꝫ tranſire per hoſtiuꝫ baſſum. ſic nos debemus humiliari q ad vitā trāſituri ſumus p hoſtiū baſſuꝫ ꝛ humile quod eſt chriſtus qꝛ dicit Joannis.x. Ego ſum hoſtiū per me ſi qs introierit ſaluabitur.

Tertio cōſueuit quis inclinare ſe: quando videt ſuperiorē ſe in inferiori loco ſedere.non.n.eſt dicēs militē ſedere in ſcāno:ſi rex ſederet in pauimento ſic nos humiliari eſt neceſſariū cū videamus regem glorie propter nos intim̄ humiliatuꝫ. Unde dr̄ Matt. x. Sufficit ſeruo ſi ſit ſicut dominꝰ eiꝰ. Siīc dicit Job.xv.

Itez habet humilitas multiplex ſignuꝫ demonſtratiuū. Et nota ꝙ quinqꝫ ſunt ſigna iter alia humilitatis demonſtratiua.

Primū eſt humilem amare.exēplo creaturaꝝ que diligunt ſibi ſimiles quia dicitur Eccleſiaſtici.xxiij.O m̄e animal diligit ſibi ſimile.

Secundum eſt honores ꝛ laudes fugere ſicut mel venenatuꝫ:ꝛ ſicut ſagittas limitas ꝛ venenatas: exemplo chriſti qui fugit cuꝫ turbe vellent eum facere regem vt dicitur Joannis.vi.

Tertium ſignū eſt opprobria ꝛ contumelia equanimiter tolerare: exemplo dauid qui cuꝫ ſemel male diceret ei dixit abiſay regeꝫ vindicare volenti. Dimitte euꝫ vt maledicat mihi. ij. Re. xvi. Et exemplo apoſtolorum de quibus dicitur Act.v.ꝙ ibāt gaudentes a conſpectu conſilij.quoniā digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumelia pati. Ideo dicitur de humilitate Treñ. iij. Saturabitur opprobrijs.

Quartum ſignum eſt vilia officia non recuſaro. exẽplo abigail quã cũ dauid vellet ducere in vxorẽ reſpondit. Ecce famula tua ſit in ancillaꝫ. vt lauet pedes ſeruoꝝ dñi mei. vt habetur .i. Reg. xxv.

Quintum ſignum eſt libẽter obedire. exẽplo chriſti qui humiliauit ſemetipm̃ factus obediens vſqꝫ ad mortẽ vt ait apoſtolus ad Philip. ij.

Habet etiã humilitas multiplicem gradũ diſtributiuũ. Unde nota q̄ tres ſunt gradus humilitatis ſicut dicit gloſa Matthei. iij.

Primus eſt ſubeſſe maiori: nec ꝓferre ſe equali ⁊ hec eſt ſufficiens ⁊ neceſſaria.

Secũdus gradus eſt ſubeſſe pati: nec ſe preferre minori nec nõ velle ꝑferri: ⁊ hec eſt humilitas copioſa.

Terti⁹ gradus eſt ſubeſſe miori: ⁊ nemini velle preferri. ⁊ hec eſt humilitas excellens ⁊ ꝑfecta. Et ideo humilitas cũ his gradibus ſuis elegãter figurat̃ per altare tabernaculi qḋ hẽbat tres cubitos in altitudine. vt dr̃ Exo. xxvij.

¶ Item ſcḋm alios: gradus humilitatis ſunt quattuor.
Primus eſt ſpernere mũdũ.
Secundus ſpernere nulluꝫ
Tertius eſt: ſpernere ſeipſuꝫ.
Quart⁹ eſt contẽnere ſe ſemꝑ: vel nõ curare ſui ꝯtẽptuꝫ. Ideo humilitas per iſtũ quadruplicem gradum figuratur ſatis apte per rationale in quo erant quattuor verſus vel ordines gemmarũ. vt habetur Exo. xxviij.

¶ De manſuetudine vel mĩtitate. capitulum. xxxvij.

E mãſuetudĩe vel mititate que eſt ſecunda beatitudo: ſpecialiter ſunt tria notanda.

Manſuetudo namqꝫ vel mititas.
Habet pacem ⁊ ſocietatem cum proximo.
Habet gratiam ⁊ familiaritatem cum deo.
Habet regnum ⁊ hereditatem in celo.
Habet enim homo mitis ⁊ manſuetus cum ꝓximo pacẽ ⁊ ſocietatẽ: ⁊ cum his qui oderunt paceꝫ ſcit eſſe pacificus.
¶ Sicut enim contra lapidẽ machine opponitur aliquid molle per quod frãgitur im-

petus violētie ſue: ſic ꝛ vir mitis frangit irā ꝛ impetuꝫ indignationis opponēdo mollitiē reſponſionis qꝛ dr̄ Prouer. xv. Reſponſio mollis frangit irā. Habet etiaꝫ homo mitis cum deo familiaritatē. Et nō ꝙ ſignum triplex eſt ꝙ homo mitis deo ſit familiaris.

Primum eſt ꝙ deus mites libēter exaudit ſicut videmus ꝙ a rege obtinent qđ volunt qui ei familiares exiſtunt. Unde dicit̄ Judith. ix. Humiliū ꝛ manſuetoꝛuꝫ tibi ſemper placuit depꝛecatio.

Secundum ſignū eſt ꝙ de⁹ in anima miti libenter pauſat ꝛ doꝛmit. Māſuetudo enim eſt ſicut culcitra mollis in lecto floꝛide cōſcie de quo dr̄ cāti. i. Lectulus nr̄ floꝛiduſ.

Tertium ſignū eſt ꝙ deus ad videndū ꝛ loquendū ſe oñdit miti vel exhibet ſicut videmus ꝙ illi qui ſunt familiares pꝛelatis: qñ volunt ad eos intrant ꝛ loquunt̄ pꝛo voluntate cū eis: ſic homo mitis loquitur cū deo: vt legit̄ moyſe. Exo. xxxiij. Qui loquebat̄ cuꝫ deo facie ad faciē. ſicut ſolet loqui amicus ad amicum ſuuꝫ cauſa inter alias erat qꝛ homo mitiſſim⁹ erat. vt dicit̄ Numeri. xij. Habet inſuper homo mitis hereditatē in celo. vt dicit̄ Mat. v. Beati mites qm̄ ipſi poſſidebūt terraꝫ ſcilicet viuētiū. Et nota ꝙ triplex eſt ratio quare mites poſſident celum.

¶ Pꝛima eſt qꝛ ipſi poſſidentur a deo: ꝛ iō lege viciſſitudinis poſſidebūt deū in celo: qꝛ dicit Augu. Nullus erit dei poſſeſſio: niſi eius quem ipſe pꝛius poſſederit.

Secunda ratio eſt: qꝛ mites poſſidēt coꝛda ſua ꝛ dominantur ſibiipſis: quod non faciunt iracundi: imo ira dominatur eis. Ideo dicit ſap̄. pꝛouer. xvij. Melioꝛ eſt qui dominatur animo ſuo. expugnatoꝛe vꝛbium.

Tertia ratio eſt: qꝛ mites poſſidēt hic bona ſua. Mites autem ſciunt hic bona ſpiritualia optime poſſidere: qꝛ nulla aduerſitas poteſt eis ipſa auferre. quod iracundi facere neſciunt: immo bona ſpiritualia: ſi que habent: per impatientiam perdunt. vt dicitur Prouer. xix. Qui impatiens eſt: ſuſtinebit damnuꝫ ſcilicet

non ſolum boni exterioris qđ perdit in via:ſed etiā boni interioris quod ipſe effundit.

Mites etiaȝ bona tēporalia poſſidere ſciunt: quia ſibi non permittunt dominari.quod neſciunt facere auari ꝛ cupidi:q꞉ diuitiarum ſuarū neſciunt eſſe domini: ſed potius ſerui:q꞉ dicitur in pſal. Viri diuitiarum:non diuitie virorum. Quia igitur mites vt dictū eſt:ſe ꝛ ſua poſſidere ſciunt:merito terram viuentiuȝ poſſidebunt. Et nota ꝙ mititatem vel manſuetudinē hominis natura miniſtrat.

Corporis figura demonſtrat
Canonis ſcriptura cōmēdat.

Mititas igiť a natura miniſtratur:ꝛ cū homine a natura copulatur vel concreatur. Naȝ dicit phūs ꝙ homo eſt animal natura manſuetuȝ.ſicut leoni a natura in eſt crudelitas:ſic homini manſuetudo vel mititas Māſuetus.n. dicitur quaſi manu aſſuetus. ꝛ ideo hō qui relicta māſuetudine regitur crudeliter nō eſt homo ſed beſtia ſilueſtris.

Mititas etiam figura humana demonſtratur. Figura eni hominis exterior quandam dulcedinē ꝛ affabilitateȝ demonſtrat ꝛ mititatē interioreȝ. In omni ſiquidē animalis ſpecie figura corporis exterioris ſignū eſt nature interioris.ſicut enim videmus ꝙ vngues magis fortes et acuti et magna ꝛ ampla labia ſignūt rabiem ꝛ crudelitatē leonis ꝛ canis ſic naturaliter hō habens faciem venuſtā ꝛ carnē molleȝ ꝛ cutē leuem ꝛ vngues breues ꝛ modicitatem oris ꝛ gratiā in oculis tn̄ manſuetudinem ſignīt ꝛ multa alia teſtimonia mititatis que poſſent dari. Et ecōuerſo videmus ꝙ homo iratus habet tortam ꝛ hirſutā faciem ꝛ exuit humanam naturā ꝛ induit furiaȝ:ꝛ quodāmodo exterior effigies monſtrat ꝙ homo iratus iaȝ non eſt hō:ſed incipit eſſe beſtia:iuxta illud pſal. Comparatus eſt iumentis ꝛc̄. Manſuetudo inſup vel mititas in ſcriptura valde cōmendatur. Dicitur enim de mediatore noſtro Jere.xi. Ego ſicut agnus manſuet⁹ qui portatur ad victimam. Et iterum dicit pſal. Propter veritatē ꝛ manſuetudinē ꝛ iuſticiā ꝛc̄. Vn̄ nota tria que recte hoiem deducūt que ſunt manſuetudo cordis

verſitas oris iuſticia operis.

¶ De fletu. capitulum. xxxviij.

# E fletu qui eſt ter

tia beatitudo nota ſpeci aliter tria: ſcilicet quod eſt. Fletus compunctionis. et eſt Fletus compaſſionis. et Fletus deuotionis.

¶ Primus fletus. ſ. compunctionis eſt ſicut colliriũ medicatiuum. Unde apoc. iij. Collirio inũge oculos tuos. Sicut enim colliriũ purgando oculos turbat viſuz et in turbãdo purificat: ſic fletus cõpunctionis animam turbat per penitentiaz ſed medicat per gratiam. De hoc fletu dicitur in pſal. Exitus aquarum dedu- xerunt o. etc.

Secundus fletus eſt cõpaſſionis et eſt ſicut vnguẽtuz lenificatiuũ. Naz ſicut vnguentuz vnguẽdo ſanat membra paralitica: ſic humor compaſſionis ſanat cupidos et paraliſi. i. ab auaritia. Et nota quod ad vnguendũ et ſanandũ mẽbra infirma precipue tria ſunt neceſſaria. ſ. ignis vnguentũ et confricatio manuũ: ſic ad opus miſericordie requirit ignis dilectionis vnguentũ cõpaſſionis et manus ſubuentionis. De hoc fletu dicit Jo. xxx. Flebaz quodaz ſuper eo qui afflictus erat et compatiebatur anima mea pauperi.

Tertius fletus ſcilicet deuotionis eſt ſicut balneum delectatiuum. Unde anima in qua ſunt lachryme deuotionis natat in deuotione et lachrymis ſicut piſcis in flumine. Nam dicitur Prouer. xiiij. Cor quod nouit amaritudinem anime ſue in gaudio illius non miſcebitur extraneus.

Item nota quod ſex ſunt fletus incitamenta et ſex fletus impedimenta et ſex fletus emolumenta.

Fletus igitur incitamenta ſunt ſex.

Primuz eſt recognitio proprie culpe. Nam dicitur in pſal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſto. l. t.

Secundum eſt incolatus preſentis vite. vt dicitur ſimiliter in pſal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.

Tertium eſt timor gehenne. Nã dr tre. i. Plorans

ploꝛauit in nocte.i.in peccato.

Quartum eſt recoꝛda tio paſſionis dominice. pſal. Fuerunt mihi lachꝛyme mee panes die ac nocte.

Quintū eſt cōpaſſio humane miſerie. vt dicitur ad Ro.xij. Flere cum flentibus.

Sextū eſt deſiderium celeſtis patrie pſal. Super flumina babilonis.i. calcādo delectationē tranſitoꝛiā ſedim⁹ per quietā meditationē ⁊ fleuim⁹ ꝓpter celeſtis patrie delectationē vñ ſequitur: dū recoꝛdaremur ſyon. Sicut interdum peregrinus lachꝛymari cogit̄: cū ſue patrie recoꝛdat̄.

Sex ſunt etiã fletus impedimēta. Primū eſt ſupbie elatio: ſicut videm⁹ ꝙ mōtes ⁊ alta loca ꝯſueuerūt eſſe arida: ſic mōs elationis ⁊ ſupbie eſt aridus. Vñ dr̄ Joſue xv. Terrā arrentē dediſti mihi: iunge ⁊ irriguā. ſic ecōuerſo humiles abundant lachꝛymis. ſicut videmus ꝙ valles abundāt aquis. Nā humilitas eſt vallis lachꝛymaꝝ.

Secundū impedimētū eſt terrenoꝝ affectio: ſicut videm⁹ ꝙ terra inſpiſſat aquā ⁊ turbat ⁊ redigit in lutū. Vñ dicitur in figura huius Gen̄. iiij. ꝙ cayn interfecit abel. Cayn interpretat̄ poſſeſſio: abel luctus. Cayn igit̄ abel interfecit qn̄ poſſeſſio ⁊ affectio terrenorū: lachꝛymaꝝ irriguū interficit ⁊ interrūpit. Jdeo dicit̄ in figura hui⁹ Gen̄.xxvi. ꝙ oēs puteos quos fecerūt ſui iſaac obſtruxerunt Philiſtimi: implentes terrenoꝛuz affectione puteos deuotionis.

Tertiuz impedimētū eſt coꝛdis incōpaſſio: ſicut videmus ꝙ de rupe nō ſcaturit aqua niſi miraculoſe. Unde dicit̄ Gen̄.xxix. ꝙ pute⁹ grandi lapide claudebat̄. Per os putei irriguū deuotionis itelligit̄: ⁊ tunc grandi lapide clauditur quando fletus pꝛopter coꝛdis duritiaz impeditur.

Quartuz impedimentum eſt nimia occupatio. ſicut videmus ꝙ in eſtate qđ eſt tēpus occupatū valde fontes ⁊ putei exſiccantur. Contra hoc dicitur Jſa. xxij. Recedite a me amare flebo.

Quintū impedimētū eſt ignoꝛantie excuſatio. ſicut videm⁹ ꝙ frencticus ⁊ fatuus

non poteſt flere ſed ridere q2 non cognoſcit morbū ſuum. Hoc ipedimentū tangit dñs Luc.xix.dicens. Si cognouiſſes ⁊ tu:fleres ſupple.

Sextū impedimētuz eſt peccati multitudo ſicut.n. videmus q2 nimiū frigus congelat aquas ita magnuz gelu peccati ipedit lachrymas. Jō dicitur Mat.xxiiij. Qm̄ abūdabit iniquitas: refrigeſcit caritas multoꝝ ⁊ per ꝯſequens ceſſauit irriguū lachrymaruz. Quia vt dicit Greg. in moralibus. Vis amoris per lachrymas emanat. ⁊ ideo vbi amor nō eſt:lachryma ceſſat.

Sex ſunt etiam fletus emolumēta vl' vtilitates. Vnde nota q lachryma ſpm̄ contritū lauat:ſpm̄ deuotuz leuat: ſpm̄ malignū necat terrā cordis irrigat:ſitiz ſedat: orando efficaciter ipetat.

Prio ergo lachryma ſpm̄ contritū lauat vnde figuratur per mare eneū.iij. Reg. vij.in quo ingreſſu tabernaculuz lauabant manus ⁊ pedes i.opera ⁊ affectiones.

Secundo leuat aīam deuotaz.ſ.per contēplationez. Quod figurat̃ per diluuium Geñ.vij. Multiplicate ſunt aque ⁊ eleuauerunt archaz in ſublime a terra.i.conſcientiaz ad ſublimia contēplationis.

Tertio ſpiritum maligṅuz lachrymas necat.qd̄ figurat̃ per mare rubruz. Exo. xiiij.vbi ſubmerſus ē pharao ⁊ exercitus eius.i.dyabolus ⁊ ois malignus ſpiritus. Nam dicitur in pſal. Contribulaſti capita draconū in aquis:ideſt tentationes demonuz in fletibus lachrymoſis.

Quarto lachryma terraz cordis irrigat ⁊ fecundat. quod figurat̃ per fontē paradiſi Gen.ij. Fons aſcendebat de terra.ſ.irriguū lachrymaꝝ irrigans vniuerſaz ſuperficiē terre ad producendū fructus bonoꝝ operū. Naz dicitur in pſal. Qui ſeminant in lachrymis in exultatione metent.

Quīto lachryma ſitiz ⁊ ardorē concupiſcentie ſedat ſicut contra ſitim curritur ad fontez:⁊ contra ignē curritur ad aquā.ſic contra ꝯcupiſcentie ignē ⁊ incendiū: currendū eſt ad fontē lachrymarū. Vñ dicit Greg.in mora. q flam-

maz ſuggeſtionis extinguit ci tius aqua lachryma.

Sexto lachryma effi caciliter orãdo ĩpetrat. Et no ta q̧ de hoc ſunt nouez exem pla p̄cipua in ſcriptura. Pri mũ Anne. de qua dr̃. i. Reg. i. q̧ cũ eſſet anna amaro aio: orauit ad dñm flẽs largitur. que a deo exaudita eſt. Scd̃z ezechie. cui dictũ eſt Iſa. xxx viij. Vidi lachrymaz tuam ⁊ ecce ſanaui te. Tertiũ eſt tho bie. Quartũ eſt ſarre. De his duobus dicit̃ Thob. xij. q̧ ora uit thobias cum lachrymis: ⁊ ſarra ſimiliter. ⁊ exaudite. ſunt preces amborũ. v. eſt Judith que dixit. Judith. viij. ¶ In dulgentiaz ipſius fuſis lachry mis poſtulemus: quod ⁊ fecit ⁊ deus eam exaudiuit.

Sextuz dauid de quo dicit̃ in pſal. Poſuiſti lachry mas meas in conſpectu tuo.

Septimum eſt marie magdalene que pedes ſalua toris lauit lachrymis ⁊ miſeri cordiã ĩpetrauit vt dr̃ Lu. vij.

Octauuz eſt petri. de quo dicit̃ Matt. xxvi. q̃z poſt trinã negationẽ fleuit amare ⁊ obtinuit remiſſionem.

Nonuz eſt chriſti. de quo dicit apoſtolus ad Heb. v. q̧ cum clamore valido ⁊ la chrymis auferens exauditus pro ſua reuerẽtia. ſ. xp̃s. Pro pter hãc efficatiaz lachrymaꝝ dicit Aug. q̧ lachryme violen te ſunt in precibus. Et glo. Tho. iiij. dicit q̧ oratio deum leuit: ⁊ lachryma cogit.

¶ De eſurie ⁊ ſiti iuſtitie.

De eſurie ⁊ ſiti iuſti tie que eſt quarta beatitudo: nihil ad preſens aliud eſt di cẽdũ q̃z qd̃ in tractatu de vir tute iuſtitie ſuperi⁹ dictuz eſt.

¶ De miſericordia. cap̃. xxxix.

E miſericordia q̃ eſt quita beatitudo ſunt ſpãliter tria notanda: ſcilicet. Cõparationes quib⁹ figurat̃. Meditatiões cũ qb⁹ adiuuat̃. Opationes cũ quib⁹ occupat̃. Primo eniz notãde ſunt ei⁹ figurales cõparationes. Vñ nota q̧ miſericordia eſt.

Interna chriſti paſſio.
Prima chriſti lectio
Optima chriſti vnctio:

¶ Primo ergo miſericordia eſt interna xp̃i paſſio. i. cõpaſ ſio que melior eſt ⁊ maior fuit q̃z aliqua paſſio. vnde nota q̧

duplex fuit crux chriſti.ſ.exterior que fuit lignea: ⁊ interior que fuit aurea.exterior fuit paſſionis ⁊ pnie interior fuit cōpaſſionis ⁊ miſericordie. Jō chriſtus dicit pro nobis aiaꝫ poſuiſſe:prius ꝗ̄ carnē. vnde dicit.i. Jo.iij.Chriſtus pro nobis animā ſuaꝫ poſuit: ⁊ nos debemus pro fratribꝰ animaꝫ ponere. Et ſicut dolor paſſionis Chriſti nō habuit parem ita dolor compaſſionis nō habuit ſimilē.Trenoꝝ.i. O vos omnes qui tranſitis per viā attendite ⁊ videte ⁊c̄.

Secūdo miſericordia eſt ſumma chriſti lectio. vt dicit Ambroſius.Jn ſignū huius chriſtus in hac lectiōe pre ceteris examinabit ſcholares ſuos in die diſtricti iudicij dicens.Eſuriui ⁊ nō dediſti mihi manducare ⁊c̄. Matt.xxv. Diſcholi qui neſciunt huius lectionis:ſcilicet miſericordie verſiculum incternum ſentient ſine pietate flagellū.Quia dicitur Jacobi.ij. Judicium ſine miſericordia fiet illi qui non fecit miſericordiaꝫ.

Tertio miſericordia ē optima chriſti vnctio. Nā cū ſit triplex vnguentū.ſ.contritionis deuotionis ⁊ compaſſionis vnguentū compaſſionis optimū eſt vt dicit Ber.Bonum eſt inquit vnguentū qđ de recordatione peccatorum naſcitur:melius qđ ex deuotione conficitur.porro vtrunqꝫ vincit compaſſio caritatis vel pietatis.Et nō ꝙ iſto vnguento deberent tria perungi.ſ.caput.i.intentio pedes.i.affectio manus ideſt operatio.quia in his tribus.ſ.intentione affectione ⁊ operatione debet: precipue relucere. De vnctione capitis dicitur Matt.vi. Vnde caput tuū de vnctione peduꝫ dicit Luce.vij.ꝙ maria vnxit pedes ieſu.De vnctione manuum dicitur.Canti.v.Manus mee ſtillauerunt myrrhā ⁊ digiti mei pleni mirrha probatiſſima.

¶ Item nota ꝙ miſericordia.
Decenter conuerſatur.
Prudenter negociatur.
Abundanter remuneratur.

¶ Primo mia facit hominē decenter ↄuerſari. Nam vir pius ⁊ miſericors bñdicitur a deo placet ,primo ⁊ natat in oleo bñdicit a deo per gr̃e effuſionē placet ,primo per iuſtam conuerſationeꝫ.natat in oleo per internā deuotionem

Hec tria ſimul figurantur. Deut.xxxiij. Bñdict⁹ fili⁹ aſer: q̄ztũ ad p̄mũ ſit placēs fratri b⁹: q̄ztuȝ ad ſ̄m ⁊ intingat in oleo caput ſuũ: q̄ztũ ad tertiũ.

## Secundo miſericordia prudenter operatꝰ.

Nã de malis aliorũ melioratꝰ: de ſordib⁹ lauatur: de pauptate ditatꝰ: de infirmitate ſanatur: de onere alleuiatꝰ. Ipſa.n.oibus cōpatitꝰ oīm onera portare nititur. ⁊ quãto plus onera aſſumit: tãto plus lucratur ⁊ velocius currit. Jō dicit apoſtolus ad Galꝰ. vi. Alter alteri⁹ onera portate ⁊c̄. Et nota ꝙ miſericors homo inſtar prudentis mercatoris cōſiderat tria. Nã mutat libenter regi qui poteſt ſibi capitale reddere ⁊ dãnũ reſarſire: ⁊ vſuras ⁊ lucrũ ſoluere. talis rex liberalis eſt de⁹ qui mercatorib⁹ ſuis ꝯſueuit capitale cuſtodire: ⁊ conſeruãdo gratiã dãna reſarſire: remittēdo culpã vſuras ſoluere.ſ. largiēdo gloriaȝ ⁊ eternã vitã. De iſta mercatura dꝛ Matt.xxv. prudētes virgīes acceperũt oleũ i vaſis ſuis cũ lãpadib⁹.ſ. oleũ mie ⁊ ꝯpaſſionis in vaſis ſuis.i. i interiorib⁹ vaſis cordis: quia ſicut ignis ſine oleo nō ardet in lãpade: ſic ignis caritatis ſine oleo miſericordie nō ardet in corde. Hãc negociationem docuit ſumm⁹ mercator ſcȝ xp̄s. Matt.xix. Vade ⁊ vēde oia q̄ poſſides: ⁊ da paupib⁹. Nō ēt miſericors ad moduȝ bōi ⁊ iduſtrij mercatoris: iuocat vel renouat veteres merces i nouas: ⁊ viles i p̄cioſas ⁊ quodãmodo circũuenit deum in ſua negociatiōe: qꝛ ꝓ calice aque frigide recipit torrētē voluptatis eterne. vñ dic̄ Aug. prebe tectũ ⁊ accipe celũ Et iō dꝛ. Oſee.xi. Circũuenit me i negociatiōe ſua effrayȝ.

## Tertio miſericordia abũdãter remuneratꝰ.

Vñ nota ꝙ due virtutes valde copioſe ⁊ plene veniũt ad iudiciũ pp q̄ð recipiũt ſalariuȝ valde copioſuȝ.ſ. caritas ⁊ mia. Caritas enim aliena bona facit ſua. Juxta illud pſal.

Particeps ergo ſum omniũ timētiũ te. ⁊c̄. Miſericordia facit aliena mala ſua: iuxta illud.ij. Cor.i. Sicut ſocij eſtis paſſionuȝ ita ⁊ conſolationũ. Hec eſt enim lex fideliũ mercatorũ.ſ ſicut ſunt ſocij in dãno ita ſint ſocij in lucro.

¶ Itē nota q̄ miſericordia .ē.
Virtus que cunctas ſuperat
Modus qui reuȝ liberat.
Clauis que celū reſerat.
¶ Prio igitur miſericordia eſt virtus ceteras virtutes ſuperans ⁊ ſpāliter excedit tres virtutes inter alias excellenter .ſ. penitētiā qꝛ penitētia immolat corpus: mia vero aiaȝ. Ideo dic̄ apl's .i. Thi. iiij. Corporalis exercitatio .i. penitentia: ad modicum vtilis eſt .ſ. reſpectiue pietas aūt ad oia, valet ꝓmiſſioneȝ hn̄s vite que nunc eſt ⁊ future Miſericordia etiā ſuperat caritatem: in eo q̄ caritas eſt fluuius diuine pietatis: ⁊ currit cuȝ alueis ſuis: ⁊ non erit extra rippas: qꝛ ſolū bonū diligit ⁊ ſua cōicat pietas vero ⁊ mia extra rippas iundat ⁊ ſua bonis ⁊ malis cōicat ⁊ iō nō ſolū bona primoꝝ: ſed etiā mala libētiſſime portat. Iuxta apl'uȝ ij. Coꝝ. xi. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? quis ſcādalizatur ⁊ ego non vror? Miſericordia nihilominꝰ ſuperat iuſtitiā ⁊ in ſignū huiꝰ de curia iuſtitie .ſi eſt a peccatore ſuſpecta: licet ad conſiſtorium mie appellare. vt dicit Ber. Nā dicit iacobus Miſericordia ſuperexaltat iudiciū. Et de hac excellētia miſericordie reſpectu aliarū virtutuȝ dr̄ in pſal. Miſerationes eius: ſuper omnia opa eius.

Secundo miſericordia ē modus abſolutionis optimus liberās reū: ⁊ deū obligans reū itaqȝ liberat a delicto vel debito decē miliū talentoꝝ. Et nota q̄ homo miſericors: de remiſſione peccatoꝝ ſuoꝝ habȝ ſpecialiter tria paria litterarū .i. tria teſtimonia euangelica: q̄ homini pio denunciant peccata remiſſa Primū eſt Matth. v. Beati miſericordes qm̄ ipſi miſericordiā conſequentur. Scd̄m eſt Matt. vi. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum ⁊ pater veſter celeſtis peccata veſtra dimittet. Tertium eſt. Luce. vi. Dimittite ⁊ dimittemini. Et non ſolum miſericordia a delicto liberat: verū etiam ad ſanandum hominē deū obligat. Nā dicit Prouer. xix. Feneratur domino: qui miſeretur proximo.

Tertio miſericordia eſt clauis celum reſerās. Unde in figura huius dicitur q̄ chriſtus aſcendit in celum de

monte oliueti. Act.i. Qui ſi-guratur eminentia miſericor die. Chriſtus qui dr̃ vnctus ẽ homo miſericors vnctus vn-ctione pietatis: talis aſcendit in celũ: qꝛ homini pio reſerat aula celeſtis glorie.

Et nota ꝙ duo oſtia facit pietas in celo: cũ homo miſericors intus cõpatitur: ⁊ proximo extra ſubuenit: quod optime figuratur .iij. Reg. vi. vbi dr̃ ꝙ ſalomõ fecit i igreſſu oraculi duo oſtiola de oli-uis que quidẽ ſunt duplex mi ſericordia. ſ. corporalis ⁊ ſpiri-tualis corporalis ſubueniẽdo ſpiritualis cõpatiendo.

Secũdo notãde ſunt meditationes: in quibus adiu uat mia: ⁊ homo miſericors ad miſeranduꝫ mouet. Vn-de nota ꝙ̃ tria ſunt que mo-uẽt hominẽ ad miſericordiã.

Primuꝫ eſt naturale conformitas. Omnes .n. vnũ habemus principiuꝫ: ex vno patre ſumus geniti: ⁊ omnes ſumus filij dei ⁊ iõ debemus inuicem compati: ſicut ſi eſſe mus fratres germani. Vnde dicitur Matth. xxiij. Omnes enim vos fratres eſtis. Et iõ dicitur Iſa. lviij. Cuꝫ videris nudum operi eum ⁊ carnem tuam ne deſpexeris.

Secundum motiuuꝫ miſericordie eſt propria indi-gẽtia vel neceſſitas: qꝛ homo qui bene conſiderat ꝓpriam miſeriã: facilius ⁊ libentius re leuat alienã. Nã dicitur Ec-cleſiaſtici. xxxi. Et teipſo intel-lige que ſunt proximi tui.

Tertiũ motiuũ pieta-tis eſt chriſti ⁊ mẽbrorũ ſuoꝝ ſcilicet pauperũ amor ⁊ vni-tas a deo nãqꝫ xp̃s afficitur ad amoreꝫ pauperuꝫ ꝙ quid quid fit eis: reputat ſibi factũ. Quia dr̃ Matth. xxv. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.

Tertio notande ſunt operationes quibꝰ miſericor dia occupatur. Et notandum ꝙ ſepteꝫ ſunt opera miſericor die corporalia: ⁊ ſeptẽ ſpiritua lia. Corporalia ſunt iſta. ſ.

Eſurientem paſcere.
Sitientem potare.
Nudum veſtire.
Hoſpitem colligere.
Infirmum viſitare.
Vinctum liberare.
Mortuũ ſepelire.

¶ Septē ſpiritualia ſūt iſta.ſ.
Peccata dimittere.
Peccantem corrigere.
Pro peccante orare.
Ignorantem inſtruere.
Neſitātē ꝯſuleꝛ vł ꝯfirmaꝛ.
Lugētibꝫ ꝯſolationē pbere.⁊
Ad oēs afflictos cordis com paſſionem habere.

¶ Sex de iſtis numerantur. Matt.xxv.ſeptima thobie.ij.

¶ Et in figura hoꝝ dꝛ Apocalipſis primo:ꝙ ſimilis filio hominis erat in medio ſeptē cādelabroꝝ aureoruꝫ:⁊ habebat in dextera ſua ſeptem ſtellas. Filiꝰ hominis dꝛ homo pij cordis:qꝛ ſm philoſophuꝫ pietas eſt propriū hominis:ſicut crudelitas leonis.Cādelabra aurea ſignāt ſeptē opera mie corporalia que ſūt vt aurū precioſa.Septeꝫ ſtelle que ſunt i dextera:ſunt ſeptē opa mie ſpūalia i cordis hemiſperio lucētia tāq̄ꝫ ſidera radioſa

¶ De mūdicia cordis.ca.xl.

## E mūdicia cordiſ

que eſt ſexta beatitudo. eſt notanduꝫ ꝙ tria ſunt que cordis mundiciam faciunt .ſ.
Lectio ſcripturarum.
Largitio elemoſynarum.
Effuſio lachrymarum.

Primo lectio ſcripturarū efficit cor mūdū.qꝛ dicitꝛ Joh.xiij.Jaꝫ vos mūdi eſtis pp ſmonē queꝫ locutus ſum vobis.Quod figuratꝛ eleganter per lauatoriū tabernaculi exo.xxxviij.Et nō ꝙ duo erāt in lauatorio.ſ.ſpeculū ⁊ aqua mūda ⁊ hoc duo ſunt miſtice in ſacra pagina eſt.n. ſpeculū qꝛ peccati maculas oſidit ⁊ ē aqua qꝛ maculas tergit.

Secūdo facit cor mūdū effuſio lachrimaꝝ.qꝛ dꝛ in pſal.Lauabo per ſingulas noctes lectū meū.ſ.cōſciētie.Et nō ꝙ lachryma ad hoc ꝙ cor ſit bene mundum debet habere tria:ſcilicet ꝙ debet eſſe calida per deuotionem: amara per contritionem : cinera per mortis recordationem ſic enim Aqua tranſiens per cineres facit lixiuiuꝫ quod optime ſordiuꝫ eſt mundatiuum: ſic talis lachryma eſt cordis mundatiua.

Tertio fit cor mūduꝫ per elemoſinarū largitionem qꝛ dꝛ Luce.xi. Date elemoſynā ⁊ ecce omnia munda ſunt vobis. Videmus.n.ꝙ ad ſanandū vel purgandū vulnus

non ſolum adhibentur cauteria immo apponuntur emplaſtra. cauteriū eſt correctio iuſtitie ⁊ emplaſtrum eſt elargitio elemoſine.
¶ Item nota ꝙ ſunt alia tria que ad cordis munditiā diſponunt. ſ. Scoba cōfeſſionis.
Lima correctionis.
Fornax affectionis.
¶ Primo igitur facit mūditiā cordis ſcoba confeſſionis idest frequenter confiteri: qr dicitur. iiij. Reguꝫ. v. Lauare ſepties i iordane Lauatur āt ſepties. qui ſeptē vitia mortalia vel capitalia humiliter cōfitetur: qr tunc cor mundatur ⁊ ſanctificatur. Naꝫ dicit̄ in pſal. Facta eſt iudea ſanctificatio eius. iudea iterpretatur confeſſio. ipſa. n. eſt cordis ſanctificatio. Et nota ꝙ in ſacro eloquio valde ſepe adiungit̄ decor ⁊ pulchritudo. Et in figura huius ꝙ ſcoba confeſſionis ſumme diſponit ad munditiā cordis dr̄ in pſal. Confeſſionem ⁊ decorē induiſti. Et iterum. Confeſſio ⁊ pulchritudo i ꝯſpectu ei⁹ ⁊ ſic de alijs.

Secundo multum diſponit ad munditiā cordis lima correctionis. Nā ſicut lima mūdat ferrū a rubigine: ſic correctio cor a labe. Unde Greg. Ille ſolus amicus erit qui in aduentuꝫ diſtricti iudicis maculas ſue mentis tergit. Sed nota ꝙ quidā ſūt adeo miſeri ꝙ vnde deberēt mundari ſordidantur. De talibus dicitur in pſal. Deſtruxiſti eum ab emundatione.

Tertio munditiā cordis facit fornax tribulatoinis. Nā ſicut fornax reddit aurū purum: ſic tribulatio facit cordis munditiā. Unde dicitur Jere. xij. Probaſti cor meuꝫ tecū. Sed ſunt quidā qui ab igne tribulationis non mūdātur: ſed vruntur: tales nō ſunt auꝝ: ſed ſcoria. non granū: ſed palea: non oleuꝫ: ſed amurca: vnde multū' pn̄t formidar̄ de illo verbo euangelij Matth. iij. Paleas autē comburet: igne extinguibili. Sicut. n. videmus ꝙ confricatio panni aſperi facit ⁊ conſeruat munditiā ciphi: tribulatio ⁊ carnis maceratio facit munditiā animi. Exēplū de Joanne baptiſta qui habebat veſtimentuꝫ de pillis cameloruꝫ. Matth. iij. Sciebat. n. ꝙ aſpera faciebant cor munduꝫ:

Iteȝ nota ꝙ coꝛ efficitur mū duȝ ab oī peccato ſpecialiter ⁊ pꝛecipue triplici baptiſmo: ſcȝ fluminis flaminis ⁊ ſanguinis. Baptiſmo fluminis mūdātur infantes baptiſmo flaminis mundātur penitentes baptiſmo ſanguinis mundantur martires qū.ſ. ſacramentū volūt ⁊ nō poſſunt habere. Et iſte triplex modꝰ mūdādi figuratur per illa tria q. bus fiebat munditia in veteri lege. Fiebat.n.per tria.ſ.per aquā expiationis vt dꝛ̄ Exodi.xxix.per effuſionem ſanguinis vt dꝛ̄ ad Hebꝛe.ix.p vnguentū vnctionis vt habetur Exō.xxx. Ablutio vero que fiebat per aquā figāt mundationeȝ que fit que ſolā gratiam. Expiatio que fiebat per ſanguinē ſignificat martyriū vel carnis moꝛtificationē. Sācti ficatio que fiebat per vnguenti vnctioneȝ figurauit martyrū perfectioneȝ. Et nota ꝙ in iſto tertio modo ſanctificabatur ſolus: aaron ⁊ filij eius. in quo intelligitur ꝙ clerici ⁊ religioſi debent eſſe mundificati excellenter vnctione ſpiritusſancti.

¶ Itē nota ꝙ quinqȝ erāt ex quibus conficiebatur vnguētū vnctionis. vt dꝛ̄ Exo.xxx.ſ.

Myrrha electa.
Cynamomo.
Caſſia.
Calamo.⁊
Oleo oliuaruȝ.

¶ Pꝛima ergo ſpecies illius vnguenti erat myrrha pura ⁊ electa ſic̄ illa que ſpōte manat ab arboꝛe.⁊ eſt pꝛecioſioꝛ ꝙ̄ȝ illa que manat ex arboꝛis iciſione. Iſta ſignificat pniaȝ que fit in iuuentute: que gratioſioꝛ eſt deo ꝙ̄ȝ illa que fit ī ſenectute. Nā caro myrrha priꝰ cōdiēda eſt vt ſit puriſſima anteꝙ̄ȝ vermibꝰ ſit ꝯſumpta. Cōtra fatuitatē multoꝛuȝ qui myrrha pnie nolūt ſe vngere donec toti putruerūt vermibus peccatoꝝ vel vitioꝛū.

Secunda ſpecies illiꝰ vnguenti erat cynamomum que eſt cinerei coloꝛis.⁊ cum frāgitur emittit quādam nebulaȝ ſpiramenti redolentis etiā viſibilis. vt dic̄ glo. Exo. xxx. Quod figurat humilitateȝ que debet eſſe in clericis ⁊ religioſis de quibus manare debet viſibiliter ſpiramenum odoꝛis: ideſt redolentia humilitatis per exempluȝ edificationis.

Tertia ſpecies illius vnguenti erat caſſia que creſcit in aquis. ⁊ figurat fidez eccleſie que in aquis ſacre ſcripture proficit in quo intelligitur ꝙ fides innititur ſcripture nõ rationi humane. qꝛ vt dic̃ Ambro. In his que fidei ſũt piſcatoꝛibꝰ credit̃ ñ dyaleticiſ.

na ſtellaruȝ ſigāt aureolā do
ctorum. Unde ⁊ erant ſtelle
duodecim in corona q2 duo-
denarius numerus abundās
eſt in quo itelligitur ꝙ doctri
na ſacre ſcripture eſt abundā
tiſſima omnis iuſtitie ſicut fu
it doctrina chriſti: qui fuit do
ctor doctorum de cuius do-
ctrina dicitur in Matth. Ni
ſi abundauerit iuſtitia veſtra
pluſꝗ̄ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoruȝ:
non intrabitis in regnum ce
lorū. Peccatores autem ⁊ re
probi qui in mundicia caſtita
tis non abundāt vt virgines
nec fortes: nec perſeuerantes
fuerunt in amore chriſti ſicut
martyres: nec veritateȝ porta
uerunt in ore vt doctores: au
reolā non habent. Et q2 gra-
tiā dei hic non habuerunt. id
circo aureolā gloriam ſubſtā
tialis premij non habebunt. ⁊
ſic omni corona aurea ⁊ au-
reola carebūt quid aliud erit:
niſi ꝙ pro loco corone eterne
felicitatis: coronabuntur coro
na eterne calamitatis iuxta il
lud quod dicitur Iſa. xxij. Co
ronās corōabit te tribulatōe.

¶ Tertio in illa celeſti gloria
benedicta erunt fructus opti
mi ⁊ vberrimi. vnde nota ꝙ
in ſacra ſcriptura inueniūtur
tres fructus differentie. ſ.

Fructus crucis triūphalis.
Fructus gratie ſpiritalis
Fructus glorie immortalis ⁊
quilibet eſt in quadruplici nu
mero.

¶ Primo igitur ſunt duode
cim fructus crucis ⁊ paſſio-
nis chriſti.

Primus fructus eſt
demonum expugnatio quia
abſtulit eis totū mundi prin-
cipatū. Iuxta illud quod dici
tur Ioh. xij. Nunc princeps
mundi huius eijciētur foras.

Secundus fructus ē
carceris iferni confractio vñ
pſal. Attollite portas pricipes
veſtras: ⁊ eleuamini. ⁊c̄.

Terti⁹ fructus ē mor
tuoꝝ ⁊ peccatorum ſuſcitatio.
vñ dr̄ prime ad Coꝝ. xv. Si-
cut in adā oēs moriuntur: ita
⁊ in xp̄o oēs viuificabuntur.

**Quartus fructus eſt** captiuorū redemptio. vnde .i. Cor. vi. Empti .n. eſtis precio magno: glorificate. etc.

**Quintus fructus eſt** inquinatorū mundatio. Vnde Apo. i. Dilexit nos ꝛ lauit nos: in ſanguine ſuo.

¶ Sextus fructus eſt cecorū illuminatio. Vnde Iſa. xxxv. Tūc aperientur oculi cecorū.

¶ Septimus fructus eſt tepidorum ꝛ frigidorū calefactio. Vnde pſal. Nō eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

¶ Octauus fructus eſt deformiū ꝛ turpiū decoratio. Vnde in pſal. Aſperges me dn̄e yſopo ꝛ mūdabor lauabis me ꝛ ſuper niuem dealbabor.

¶ Nonus fructus eſt ſitibūdorū vel ſitientiū potatio ꝛ recreatio Ioh. vi. Sanguis meus vere eſt potus.

¶ Decimus fructus eſt pr̄is placatio. Vnde Hebre. xij. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſpſionem meli⁹ clamantem q̄ꝫ abel clamauit vindictā. Iuxta quod dr̄ Gen̄. iiij. Ecce vox ſanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. ſ. iuſtitiā ꝛ vindictā peccati ſed ſanguis chriſti clamauit melius ſcilicet miam: quia peccatores deo patri reconciliauit.

¶ Vndecimus fructus eſt ianue padiſi aptio. vnde Gen̄. xxviij. Non eſt hic aliud niſi dom⁹ dei ꝛ porta celi: que. ſ. facta eſt aperta in apertione lateris xp̄i. Eodē nāqꝫ tēpore aperta eſt porta paradiſi dn̄o ſ. moriente: que clauſa fuerat adā p̄uaricāte in hora nona.

¶ Duodecim⁹ fructus ꝛ hereditatis celi acquiſitio ꝛ confirmatio: qr vt⁹ dr̄ Matth. xxvi. Hic eſt ſanguis noui teſtamenti. In veteri teſtō ſanguine cōferebātur terrena. in ſanguine āt noui teſti. i. paſſionis confert hereditas eterna. De iſto fructu multiplici dr̄ i pſal. Et erit. ſ. crux: xpi tāq̄ꝫ lignuꝫ quod plātatū eſt ſecus decurſus aquaꝝ. i. gratiaꝝ abundatiā: que ſine menſura fuerunt in xpo qđ fructū ſuū dabit in tēpore ſuo. i. in tempore mortis ſue ſacratiſſime ꝛ bn̄dicte.

¶ Secundo ſunt duodecim fructus gratie ſpūalis: de quibus dr̄ Gal. v. fructus autē ſpūs ſunt: caritas: gaudium: pax: patientia longanimitas bonitas: benignitas: manſuetudo: fides modeſtia: cōtinentia: caſtitas. Et de iſtis duode

cim fructibus dictum eſt ſupe
rius in tractatu de fructibus
ſpiritusſancti:ideo nihil ad p̄-
ſens addemus.

¶Tertio ſunt duodecim fru-
ctus glorie immortalis.

Primus fructus eſt
ſanitas abſq; īfirmitate pſal.
Qui ſanat omnes infirmita-
tes tuas.

Secundus fructus ē
iuuentus ſine ſenectute.vnde
pſal. Renouabitur vt aquile
iuuentus tua.i.xp̄i:q2 in etate
chriſti.xxxiij.annoꝝ ſemper
manebunt ſancti.vt dicit apo
ſtolus Ephe.iiij. Donec oc-
curramus omnes in virum
perfectū i menſurā etatis ple
nitudinis chriſti.

Tertius fructus ē ſa
tietas ſine faſtidio vnde pſal.
Satiabor:cū apparuerit glo-
ria tua.

Quartus eſt libertas
ſine ſeruitute. vnde Ro.viij.
Creatura liberabit̄ a ſeruitu-
te corruptionis libertatē glo-
rie filiorum dei.

Quintus fructus eſt
pulchritudo abſq; deformita
te.vnde apoſtolus. Reforma
bit corpus humilitatis noſtre
configuratum corpori clarita
tis ſue.

Sextus erit īpaſſibili
tas vł imortalitas.vnde Iſa.
xxv. Precipitabit dominus
mortem in ſempiternum.

Septimus erit abun
dātia ſine idigentia vnde dr̄
Deut.viij. Rerum omnium
abundantia perfrueris.

Octauus eſt pax ſine
perturbatione.

Nonus erit ſecuritas
abſq; timore. De his duobꝰ
dicitur Iſa.xxxij. Sedebit po
pulus meus in pulchritudine
pacis ⁊ in tabernaculis fidu-
cie.⁊ in requie opulenta.

Decimus erit cogni
tio abſq; ignorātia vnde apo
ſtolus.i.Cor.xiii. Videmus
nunc per ſpeculū in enigma-
te: tūc autem facie ad faciem.

Undecimus ē gloria
ſine ignominia.vnde apl's ad
Col.iij.Cū xp̄s apparuerit vi
ta veſtra:tunc ⁊ vos appare-
bitis cum ipſo in gloria.

Duodecimus ē gau
diū ſine triſtitia.Sed de iſto
gaudio nota q̄ ſunt ſex cauſe
precipue quare ſancti gaude-

bunt.ſ.loci amenitas: quā poſſidebūt iocūda ſocietas i qua regnabūt corporis glorificatio quā habebūt.mūdus quē cōtēpſerūt.infernus quē euaſerūt.Iſti.n.fructus figurant̄ p duodeci fruct⁹ ligni vite qđ erat i medio padiſi.vt legitur Apoc.xij.Fruct⁹ ſūme bonos det nobiſ xp̄s q creauit i celo. Itē in illa celeſti gloria conſideranda ſunt alia tria multis ſuſpirijs affectāda ſcȝ.
Ameniſſima ciuitas
Amantiſſima ſocietas.
Ampliſſima felicitas.
¶ Primo ergo celeſtis gloria hȝ ameniſſimā ciuitatem. Vñ pſal. Glorioſa dicta ſūt de te: ciuitas dei. Vñ nota ꝙ ciuitas iſta eſt glorioſiſſima ſpecialiter in trib⁹. Habȝ.n.
Figuram valde ſpacioſam.
Menſurā ſpacioſam.
Structuraȝ valde precioſam.
¶ Prio igiť iſta ciuitas beata ē i figura valde ſpecioſa eſt eni i quadrū diſpoſita ⁊ formata vt dr̄ Apo.xxi. Ciuitas i quadrū poſita ⁊ quadrata: figurat ſoliditateȝ ⁊ ſecuritateȝ illi⁹ regni celeſtis: ſic videm⁹ ꝙ figura quadrata eſt ſolidior ꝙ̄ȝ alia figura. Unde lapides conſueuerunt quadrari: ⁊ poſtea in edificio collocari.ita etiam ſummus artifex deus lapides ſuos ideſt viros ſuos ⁊ electos ſuos conſueuit quadrare quadratura virtutuȝ. ſ. prudentia: temperantia fortitudine: ⁊ iuſtitia. ⁊ ſic locare i edificio regni celeſtis.

Secundo ciuitas iſta eſt i menſura valde ſpacioſa. vñ dicit Ber.ad lr̄am ꝙ quilibet ſctūs in celo empireo habebit locū ſuū ſibi aſſignatuȝ proprium ⁊ ſpecialem magis ſpacioſuȝ ꝙ̄ȝ ſit ab oriente vſqȝ ad occidentē. De menſura iſtius ciuitatis dr̄ Apoca. xxi. ꝙ habet ſtadia duodecim milia. Standum eſt menſura quinquaginta paſſuum. Quiquagenarius vero numerus in ſacra ſcriptura remiſſioneȝ peccatorum ſignificat. Quia in quinquageſimo anno qui dicitur iubileus ſecundum legem fiebat remiſſio debitorū ⁊ reuertebatur quilibȝ ad poſſeſſiones ſuas ⁊ ad terram patrum ſuorum vt dicitur. Leuitici.xxv. Beata ciuitas iſta bene menſuratur per ſtadia que continent vt dictū eſt paſſus quiquaginta qꝛ inſtar iubilei quiquageſimi anni om

nibus iſtius ciuitatis ciuibus primitus peccata dimittūtur ⁊ ſic remiſſis peccatis ad poſ ſeſſionem ſuā ⁊ hereditatem eternā ad quā erant vel ſunt predeſtinati faciliter reuertun tur. Et ideo quilibꝫ homo de bet eſſe ſollicitus de peccatis ſuis per pniam delendis qꝛ alias non poſſet eſſe ciuis re- gni celeſtis qꝛ ibidē dicitur. ſ. Apo.xxi. ꝙ non intrabit in eā aliquid coinqninatū ⁊ faciēs abhominationē ⁊ immundi- ciā. Sed valde notandum eſt ꝙ ſtadia ſunt duodecim mi- lia. Per numerū duodenari um qui eſt numerus abun- dans deſignatur abūdantia meritoꝝ ⁊ bonorū operū ſine qua non eſt aliquis conciuis ciuiū ſupernoꝝ qꝛ dicit ſalua toꝛ. Matth.v. Niſi abunda- uerit iuſtitia veſtra pluſquāꝫ ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ nō in trabitis in regnū celoꝝ. Juſti tia phariſeoꝝ erat in opere. ex teriori non interiori virtute qꝛ ex timore erat nō amore: ⁊ iō erat nimis ſtricta. Sicut vi- demus ꝙ timor habet cor ho minis valde conſtringere ⁊ amor dilatare. Unde in pſal. dr̄ de virtute caritatis. Latū mādatū tuū nimis. Per mil lenarium autem numerū qui eſt vltimus limes ⁊ terminus numerorū figuratur elegāter illud celeſte premiū qd̄ eſt fi- nis ⁊ eques oim̄ deſideriorū vt dicit Aug. ⁊ in pſal. Satia bor cū apparuerit gloria tua.

Tertio illa ciuitas bea tiſſima eſt ſtructura p̄cioſiſſi ma qꝛ dicit̄ Apo.xxi. ꝙ fun- damenta muri ciuitatis ſunt omni lapide. precioſa ornata. Ubi notādū eſt ꝙ duodeciꝫ lapides p̄cioſi nominantur ⁊ ponūtur in edificio huius ci- uitatis. ſ. iaſpidis: ſaphirus: cal cedonius: ſmaragdus: ſardo nix: ſardius: criſolitus: berillꝰ: thopaſius: criſopaſſus: iacin- ctus: ametiſtus. Jſti duodeci lapides p̄cioſi ⁊ fundamenta les iſtius ciuitatis celeſtis ſi- gnificare pn̄t duodecim arti- culos fidei que eſt fundamen tū omnis boni ⁊ premiȷ̄ futu- ri vt dr̄ apoſtoloꝝ. ix. Fides ē ſperādaꝝ rerū ſubſtātia. i. fun damētū eternoꝝ bonoꝝ. Uel iſti duodecim lapides funda mentales ſignant virtutū per fectiones quibꝰ aīa per gratiā hic ꝑficit̄ quibꝰ etiā celeſte pre miū fabricat̄. Et ſicut ſunt q̄t tuor ternarij precioꝝ lapiduꝫ

ſic reſpõdent eis quattuoꝛ tri
nitates perfectionum.

Prima tritas lapidū
eſt iaſpis ſaphirus calcedoni
us que ſigāt fidē que dꝫ hr̄e
p̄cioſaꝫ ⁊ nobileꝫ trinitatem.

Fides nāqꝫ debet eſ
ſe viuēs non moꝛtua ⁊ hoc ſi
gnat iaſpis qui eſt viridis co
loꝛis.Coloꝛ.n.viridis in her-
ba vel plāta vel arboꝛe ſignū
eſt vite ⁊ ecōuerſo ſignum eſt
ꝙ vita plante deficit qn̄ viroꝛ
eius:marceſcit ſic qn̄ in hoie
eſt viroꝛ honeſtatis ⁊ bone
operationis tūc eſt maximuꝫ
ſignū eſt coꝛdis viuentis ali-
as eniꝫ fides moꝛtua eſt ⁊ in
foꝛmis nec eſt fundamentuꝫ
edificij celeſtis.Et ſicut iaſpiſ
fugat fantaſmata ſic fides vi
uens ⁊ virens per bona ope-
ra vitat omnia dyaboli ma-
chinamenta.

Fides etiam debet eſ
ſe celeſtis non terrea:ideſt de
celeſtibus bonis non de ope
ribus terrenis anxia celeſtis
⁊ diuina non humane ratio-
ni innixa.qꝛ dicit Greg.Fi-
des non habet meritum vbi
humana ratio pꝛebet expe-
rimentum. Et hoc ſignat ſa-
phirus qui habet celeſtem co
loꝛem ſicut celū cerenū.Et ſi
cut nobilis ſaphirus fugat ve
nenoſa ⁊ moꝛtificat arancam
ſic vera fides venenoſis ſug-
geſtionibus reſiſtit ⁊ culpam
in coꝛde occidit ac de coꝛde
expellit. Vnde dicitur Actu.
xv. Fide purificās coꝛda eoꝝ.

Tertio fides debet eſ
ſe foꝛtis:non infirma contra
ꝑſecutiones ⁊ ꝑicula vniuer
ſa:⁊ dyabolica nocumēta qꝛ
dr̄.i.Petri.v.de dyabolo.cui
reſiſtite foꝛtes in fide. Et hec
ſignat calcedoniꝰ:qui in colo
re eſt pallidus:⁊ omnis ſcul-
pture repulſiuus: omni nāqꝫ
ſculpture reſiſtit:⁊ nullā reci-
pit:ſic qui habet verā fidem:
vtiqꝫ per penitentiā eſt palli-
dus ⁊ moꝛtificatus:ſed nullā
ſculpturā extraneā peccati re
cipit:ſed ſecū conſeruat ſolaꝫ
imaginē dei ad quaꝫ eſt crea
tus. Vnde nota ꝙ dyabolus
in quibuſdā non inuenit fidē
catholicam vel foꝛtem in illis
ſculpit ⁊ foꝛmat figuram leo-
nis.i.peccatum ſuperbie.
In quibuſdam figuram dra
chonis.i.peccatum inuidie.
In quibuſdam figuratur ca-
nis:ideſt peccatum ire.

In quibuſdam figurā talpe.i. peccatum auaritie.
In quibuſdam figuram aſi-ni:ideſt peccatum accidie.
In quibuſdam figuram lupi ideſt peccatum gule.
In quibuſdam figuram vrſi ideſt peccatum luxurie.
Contra quod monet apoſtolus Ro.xij. Nolite conformari huic ſeculo: ideſt peccatis que ſunt in hoc ſeculo.
¶ Secunda trinitas lapiduꝫ eſt ſmaragdus:ſardonix:ꝛ ſardius. Et iſti tres lapides precioſi ſignāt ſpem que habet ſimiliter nobilem claritatem. Eſt enim.
Spes venie.
Spes gratie
Spes glorie.
¶ Spes venie figuratur per ſmaragdum qui colorem habet viridem ꝛ gratioſum ꝛ curat diuerſas īfirmitates ꝛ ſpecialiter morbum caducū. Color viridis ꝛ gratioſus in ſmaragdo:ſignat virtutem gratie que incipit per ſpem venie reuiuiſcere in viro penitēti ꝛ cōtrito. Et ſicut color ſmaragdi eſt valde gratioſus:ſic ccōuerſio peccatoris per penitentiā reuiuiſcentis:eſt gratioſa deo ꝛ angelis Vnde dicitur Luce.xv. Gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitentiam agente. Et ſicut ſmaragdus fugat febres ꝛ curat morbum caducum ſic ſpes venie fugat tentationes ꝛ ſanat omne peccatum qꝛ vt dicitur in pſal. Non derelinquet omnes que ſperant in eo. Et in Prouer.dicitur. Septies in die cadit iuſtꝰ ꝛ reſurget. Septies in die cadit per ruinam ſeptiformis culpe: ſcilicet ſupbie:ire:auaricie: accidie: gule: inuidie.ꝛ luxurie ꝛ tamen reſurget in virtute ꝛ in efficatia ſeptiformis gratie.

Spes auteꝫ gratie eſt qua quis non confidit de viribus proprijs nec de diuitijſ ſed ſolū de gratia dei vt dicit in Leuitico. Maledictus homo qui confidit in homine ꝛ ponit carnem brachiuꝫ ſuū.i. carnalem hominem fortitudinem. Et ſequit. Beatus qui confidit in domino ꝛ eſt dominꝰ fiducia eius. Talis qui non ſolū ſperat in omnibus bonis ꝛ in malis de ſola gratia dei recte figuratur per ſardonicē. Nā ſardonix eſt tricolor in ymo niger in medio cādidus in ſupremo rubicūdus.

Quia ſpes gratie facit tria bona in ſperãte. Facit.n. yma.i. terrena nigreſcere ⁊ contẽnere ⁊ yma inferni timere. Fac in medio.i.in corde candiduz i.caſtũ eẽ.iuxta illud pſal. Cor mundũ crea in me de⁹. Facit etiã in ſupremo.i.in deo rubeſcere per caritatẽ ⁊ vino dilectionis dei ⁊ ꝓximi odorifeꝝ eſſe.vt dr̃ Canti.i. Super vinũ.i.pluſq̃3 vinũ diligũt te. Et ſicut ſardonix facit hominem humilẽ ⁊ pudicũ ⁊ caritatiuũ ſic ſpes diuine gratie facit hominẽ deſcendere ⁊ de ꝓprijs meritis non ſuperbire ⁊ in ſolo deo ſperare q2 ſpecialiter de p̃ſumẽtib⁹ de ſe dr̃ in pſal. Ecce homo qui nõ poſuit deum adiutorem ſuũ ſed ſperauit in multitudine diuitiaruz ſuarum:⁊ preualuit in vanitate ſua.

Spes glorie eſt certa ⁊ ſecura expectatio futuri ⁊ eterni boni ex gratia ⁊ meritis ꝓueniens vt dicit magiſter ſententiaꝝ. Iſta gloria figuratur per ſardiũ qui eſt rubei coloris eo ꝙ ſpes regni celeſtis fuit martirib⁹ cauſa effuſiõis ꝓprij ſanguinis. De quib⁹ dicitur Apo.vij. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione ⁊ lauerũt ſtollas ſuas i ſanguine agni.i.xp̃i paſſionis ſanguine rubicundi. Iuxta illud qd̃ dr̃ Iſa.lxiij. Quare rubrũ eſt veſtimẽtũ tuũ dr̃ in pſona dei patris.i.quare corpus tuũ per inocentiã candidũ eſt paſſionis ſanguine cruentatum. Et ſicut ſardius gaudiũ aſcẽdit ⁊ timorẽ expellit ⁊ hoĩem audacez reddit ita ad litteraz ſpes glorie aſcendit in homine gaudiũ ſpirituale ⁊ celeſte ⁊ expellit timorem mundanũ ⁊ humanũ ⁊ ſeruilem quia vt dr̃.i.Ioã.iiij. Perfecta caritas foras mittit timorem ⁊ tãdem hominez reddit audacez ſcilicet contra hoſtiũ tribulationez ⁊ perſecutionez de domino preſumentez vt dr̃. Iudith.vi. Non derelinquis preſumentes de te ⁊ de tua virtute gloriãtes humilias.

Tertia trinitas lapidũ eſt criſolit⁹:berillus ⁊ thopaſius. Iſti tres lapides ſignificãt caritatez que habet ſimiliter ſuã nobiliſſimã trinitatẽ debet.n.caritas habere tria.ſ.
Specioſam puritatem
Fructuoſaz bonitatez.
Candidoſam veritatem.

¶ Debet eniꝫ caritas eſſe pu
ritate ſpecioſa vt nõ ſit imun
da bonitate fructuoſa vt non
ſit dilectio vana veritate radi
oſa vt nõ ſit dilectio ficta. iſtã
trinitatẽ nobileꝫ caritatis de-
ſcribit apoſtolus.i.Thi.i. di-
cens. Finis p̄cepti eſt caritas
de corde puro ⁊ ꝯſcientia bo
na ⁊ fide nõ ficta. Virtus.n.
caritas vt dictũ eſt ſpecioſiſſi
me trinitatis ideo dicitur de
corde puro eſt fructuoſiſſime
bonitatis ideo dicit̃ de ꝯſciẽ-
tia bona eſt radioſiſſime veri
tatis ideo dr̃ de fide nõ ficta.

**Primo igit̃ caritas**
debet eſſe puritate ſpecioſa ⁊
de corde puro vt nõ ſolum ſit
dilectio ĩpura vel imunda vel
coinquinata ſiue luto cupidi-
tatis qualis eſt amor diuitia
rum tẽporaliuꝫ ſiue fumo va-
nitatis qualis eſt amor põpa
rum ſeculariũ. Talis caritas
figurat̃ in criſolito qui eſt gẽ-
ma valde nobilis ſcintillas e-
mittens vt ignis capaciſſima
qꝛ ſi mixta ignẽ ponatur citiſ-
ſime inflamat̃. Certũ eſt eniꝫ
ꝙ ignis eſt puriſſime virtutis
eſt enĩ virtus ignea caritatis
inſtar ignis qꝛ ſicut ignis au-
fert omnẽ rubiginem ⁊ impu-
ritatẽ de auro ⁊ argẽto ⁊ om-
ni metello ⁊ reddit ipſuꝫ purꝫ
⁊ lucidum ſic caritatis incen-
dium tollit de corpore huma-
no oẽm fetoreꝫ peccati:⁊ facit
ipſum mundũ. Sicut eni cri-
ſolitus eſt amatiuus ⁊ capax
ignis qꝛ iuxta ignẽ poſitus ad
ſe trahit ⁊ rapit ignem ſic cor
purꝫ cum appropinquat ad de
um qui eſt ignis ꝯſumens.ij.
aplm̃. Heb.xij. Sentiẽs ignẽ
diuinũ ſtatim ardẽtiſſime de
ſiderio inſtar criſoliti rapit et
trahit in ſe diuinã dilectioneꝫ
Incorruptio eni facit eſſe pro
ximũ deo vt dicit̃ ſapi.vi. Ap
propinquatio ad deum facit
ignem diuinũ rapere ⁊ trahe
re ad ſeipſuꝫ. Et ideo ſaluator
noſter vt nos poſſet igne ſue
caritatis incendere: dignatus
eſt nobis appropiquare. Vn
de dicitur Luce.xij. Ignẽ mit
tere in terram ⁊ quid volo ni
ſi vt ardeat.

**Secũdo caritas debꝫ**
eſſe in bonitate fructuoſa ⁊ cõ
ſciẽtia bona: vt nõ ſit dilectio
inutilis ⁊ vacua qꝛ dicitur.i.
Joã.iij. Non diligamus ver
bo neqꝫ lingua: ſꝫ opere ⁊ ve-
ritate. Et Grego. in moralibꝰ
Amor dei nunqꝫ eſt ocioſus:

operatur enim magna ſi eſt ſi autē operari renuit amor nō eſt quia probatio dilectionis exhibitio eſt opis. Iſte amor ſignatur per berillum qui eſt lapis viridis ⁊ aliquantulum pallidus ⁊ in figura ſex angulorū eſt pollitus quia qui habet caritatem debet ad proximum viuere per honeſtē conuerſationem debet palleſcere ad ſeipſuꝫ per carnis mortificationē. debet etiam ſex angulos habere ad pauperē ⁊ egenum per cōpaſſionem ⁊ operꝫ miſericordie exhibitionē que ſunt in numero ſenario vt dicitur Matthei. xxv. Saluator noſter qui eſt verus iudex qui de ipſis in iudicio habꝫ querere rōnē. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mādu care. ſitiui: ⁊ dediſtis mihi bibere. nudus eraꝫ: ⁊ cooperuiſtis me. hoſpes erā ⁊ recepiſtis me. infirmus fui: ⁊ viſitaſtis me. in carcere fui: ⁊ veniſtis ad me.

Tertio caritas debet eſſe veritate radioſas fide nō ficta: vt nō ſit dilectio ſimulata aut palliata ſꝫ luminoſa qꝛ dicitur. i. Joan. ij. Qui diligit fratrē ſuum in lumine manet qꝛ qui caritatē habet per exēplum bone conuerſationis ⁊ honeſtatis lucet. Hanc figurat thopaſius qui in duobus coloribꝰ: ſcilicet aureo ⁊ ethereo ſplendet ⁊ omnium gemmarum ſuperat caritatem in conſpectu ſui, puocat aſpicientem. Duo colores thopaſij ſignant dilectionē dei ⁊ primi Ethereus color ſignat dilectionem dei: ⁊ aureus dilectioneꝫ proximi qꝛ vnus eſt color celeſtis ⁊ alius terrenus quia in his duobus tota lex pēdet. Et ſicut thopaſius ſuperat omnem claritatem omnium gemmarū ita caritas eſt maior omniuꝫ virtutum. vt dicit apoſtolus. i. Cor. xiij. Et ſicut thopaſius recipit in ſe qualitatem omniū gemmarum ſic caritas facit omniū opera virtutū. Quia dicitur. i. Cor. xiij. Caritas patiens eſt ⁊ ita exercet opus patiētie benigna eſt ⁊ ita exercet opus benignitatis ⁊ miſericordie. Et ſeqtur. Omnia ſuffert oia credit omnia ſuſtinet. Unde Proſper dicit in libro de vita contemplatiua ꝙ caritas eſt mens ⁊ anima omniū virtutum qꝛ ipſa eſt ſicut anima ⁊ virtutes anime ſunt potētie ſiue mentes: qꝛ ſicut anima facit oculū

videre aurẽ audire pedes am
bulare ꝛ ſic de alijs : ita cari-
tas facit oculuꝫ mẽtis ad pau
perem aperire aures diuina
pꝛecepta audire ꝛ man⁹ ope-
ra iuſtitie exercer̃.ꝛ ita de om
nib⁹ alijs bonis que caritas
tanq̃ȝ ſibi pꝛopꝛia vult omnia
adimplere.

Quarta trinitas lapi
dum pꝛecioſoꝛum eſt criſopaſ
ſus iacinct⁹:ꝛ ametiſtus.Jſta
trinitas lapidum ſigãt iuſtiti-
am ꝛ equitateꝫ generalẽ que
ſplẽdoꝛ eſt omnis virtutis: ex
qua omnes viri boni omnia
bona nominantur.vt dicit tul
lius de officijs libꝛo.iij.Jſta ſi
militer habet quandaꝫ nobili
tatem.Cum enim iuſtitia ſit
virt⁹ vnicuiqꝫ reddens quod
ſuum eſt:vt ait Ambꝛoſius li
bꝛo de officijs.Juſtitia eſt vir
tus vnicuiqꝫ quod ſuum eſt
reddens.Reddit igitur om-
nis homo per iuſtitiam.
Sibiipſi continentiam.
Pꝛoximo amicitiam
Deo honoꝛificentiam.
¶ Pꝛimo iuſtitia reddẽs ho
mini continentiam ſignifica-
tur per criſopaſſum qui eſt la
pis igneus de nocte:ꝛ aureus
de die.in quo ſignificatur cõ
tinentia viri iuſti:qui ſemper
eſt ſplendens:ſiue in aduerſi-
tate tentationũ:que figuratur
per noctem.ſiue in pꝛoſperita
te delitiarum que ſignificat̃
per diem. Nam iſtis duob⁹
pꝛecipue continentia vel caſti
tas impugnatur.ſ. tentationi
b⁹ hoſtis:ꝛ fomentatione car
nis. Nam plures vincuntur
in pꝛoſperitate delitiarum:q̃ȝ
in aduerſitate temptationum
iuxta qđ dr̃ in pſal. Cadent a
latere tuo mile:ꝛ decꝫ milia
a dextris tuis. Lat⁹ autem ſi
niſtrũ ſignat tentationes dya
boli:dextrũ vero ſignificat de
litias mundi. Pautioꝛes igi
tur ſunt qui cadunt aduerſita
te tentationis:ꝛ plures qui la
buntur in tẽpoꝛalib⁹ abũdan
tijs.Bñ autẽ eſt iuſtitia iſtar
criſopaſij ignea ꝛ aurea:qꝛ ad
cuſtodiã caſtitatis occurrit iu
ſtitia duob⁹ mõis.ſ.recte aſcẽ
dendo ad celũ ſicut ignis:con
ſiderãdo bona celeſtia ꝛ eter
na.ne foꝛte illa per momenta
neã luxurie delectationẽ amit
tat.Jn perſona taliũ dicit̃ in
pſal.Dñe quis habitabit i ta
bernaculo tuo aut quis rege-
ſcet in mõte ſcõ tuo?Et rñde
tur.Qui igreditur ſine macu
la.ꝛ operat̃ iuſtitiã.Null⁹op-

videtur mai⁹ eſſe iuſtitia: que delectationi momentanee bo na celeſtia ꝛ eterna p̄fert. Oc currit etiā vir iuſtus cuſtodit caſtitatis inſtar auri quod eſt ponderoſiſſimum: q̄n rectiſſi me ꝛ velociter deſcēdit ad cē trum.i.ad infernū conſideran do ne forte delectatione mo mentanea ꝛ modica incurrat eterna ſupplicia: q꞉ dicit Gre. Momentaneū eſt quod dele ctat: ſed eternū quod cruciat. Ita deſcendebat ad inferum ezechias vt dicit Iſa. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierum meoꝝ vadaꝫ ad portas inferi. Optime nāqꝫ cōſuluit per di midio dierum ſuorū ꝙ vadat homo ad infernū in dimidio vite ſue.ideſt dum eſt iuuenis ꝛ ſanus.ꝛ hoc per diligentem conſiderationē: vt poſtea non deſcendat in fine vite ſue per eternam damnationem.

Secundo iuſtitia red dens proximo ſuo amicitiā: ſi gnatur per iacinctū: qui eſt la pis precioſus: hn̄s coloreꝫ ce ruſcum quaſi celū. Iſte lapis conformat ſe aeri. Vn̄ in nubi lo eſt nubilus: in ſereno eſt ſe renus. Color celicus vel ceru leus in iacincto ſigāt diuinuꝫ amorē celeſtē per deſideriū in viro iuſto q꞉ amicitia que ipē ditur proximo debet radicari in celo.i.in amore diuino. Iuxta qđ dicit apl's Ephe.iij. In ca ritate radicati ꝛ fūdati. Quia vt ait Greg. Ille caritatē ve raciter hꝫ: qui ꝛ amicū diligit in deū: ꝛ inimicum diligit ꝑ deum. Bene autē iacinct⁹ eſt in nubilo.nubilus: ꝛ in ſereno ſerenus: q꞉ vir iuſtus ſemper vult gaudere cuꝫ gaudentib⁹: ꝛ flere cum flentib⁹ vt dicitur ad Roma. xij.

Tertio iuſtitia reddēs honorificentiā deo ſignat per amet iſtuꝫ qui inter oēs gem mas purpureas obtinet prin cipatum: ſic ꝛ iuſtitia eſt p̄cla riſſima virtutū.vt ait ph̄us in ethicis.lib.v. Ametiſtuſ eſt ēt ex colore purpureo ꝛ violaceo permixt⁹: ꝛ flāmas ex ſe emit tit.q꞉ vir iuſtuſ qui vult deuꝫ honorare.dꝫ hēre tria.dꝫ eſſe inſtar ametiſti purpure⁹ ſicut roſa.i.iocunduſ in laude diui na. Quia rectos decet collau datio.vn̄ dicit in pſal. Debet etiā eſſe violace⁹.ſ.ſentire mo dica de ſeipſo et magna de deo.vt dicit ſaluator Luc.xvij. Cuꝫ omnia bn̄ feceritis dici-

te:ſerui inutiles ſumus:quod
debuimus facere nō fecimus
Debet etiā vir iuſtus eſſe fla-
meꝰ.ſicut helyas qui erat qua
ſi ignis.cuius verbū ſicut fa-
cula ardebat.vt dicit Eccleſi
aſtici.xlviij.De cuius zelo fla
meo dicitur.iij.Regū.xix.Ze-
lo zelatꝰ ſuz pꝛo domino deo
exercitum.⁊ hoc eſt pꝛopꝛium
opus iuſtitie.ſcilicet pꝛo diui-
no amoꝛe zelare.

¶ Secūdo illa gloꝛia celeſtis
hʒ amantiſſimaʒ ſocietatē qꝛ
ſancti coꝛā deo ſemper faciūt
choꝛeā oī iocūditate; plenam.
Vñ nota ꝙ in illa celeſti cho
rea vel ballata ſunt tria deuo
tiſſime conſideranda: ſcilicet.

Innumerabilis cetus
In terminabilis circuitus
Ineſtimabilis cantus.

Vere beata eſt illa choꝛea cu
ius cetus infinitas:cuius cir-
cuitus eternitas : cuius can-
tus felicitas.

Primo igitur in illa
celeſti choꝛea eſt cetꝰ vel exer-
citus infinitus.i.nō nobis:ſed
ſoli deo cognitus Ibi eniʒ eſt
rex chꝛiſtus tanq̄ʒ monarcha
precipitꝰ:⁊ ceſar auguſtus ibi
eni eſt regina cū puellis.i.vir
go virginū.ſ.maria cum vir-
ginibꝰ ſanctis.Ibi ſunt angeli
tanq̄ʒ nobiliſſimi regis domi
celli.Ibi ſunt patriarche ⁊ ꝓ-
phete ſicut collaterales ⁊ re-
gis ꝯſiliarij quibꝰ tanq̄ʒ ſenio
ribꝰ expertis reuelat miniſteri
um ꝯſiſtoꝛij ſui.Ibi ſunt apo
ſtoli tanq̄ʒ regis ſeneſcali ha-
bentes plenitudinē poteſtatis
qꝛ rex reputat factū quod ipſi
faciūt ſibi factū.Iſti ſunt mar
tyres ſicut ſtrenuiſſimi regis
milites:qui per fideʒ vicerunt
tria regna.ſ.mundi carnis et
dyaboli.Ibi ſunt ſancti pōtifi
ces cōfeſſoꝛes ⁊ doctoꝛes.Si
cut videmꝰ ꝙ rex nobilis ⁊ il-
luſtris qualis eſt rex regum ⁊
dominus dominantiū: nō ſo
lum habet milites in aula:ſed
clericos in capella celebꝛātes:
pꝛedicantes:⁊ oꝛātes.Ad cele
bꝛandū habet ſanctos pontifi
ces:ad pꝛedicandū ⁊ ſcriben-
dum ſanctos doctoꝛes: ad oꝛ
nandum ⁊ pſallendum habet
ſanctos anachoꝛitas ⁊ alios
confeſſoꝛes.

¶ Vltimo ſunt ibi alij ſancti
⁊ fideles innumerabiles : de
quibꝰ omnibꝰ dicitur Apo.vij.
Vidi turbam magnā quam
dinumerare nemo poterat ex
omnibus gentibuſ populus ⁊
linguis:ſtantes ante thꝛonuʒ

agni amicti ſtollis albis ⁊ pal me in manibus eoꝝ. Vbi per ordinē notantur quinq; laudes ⁊ priuilegia beatorum.ſ.
Predeſtinatio ab eterno.
Juſtificatio a peccato.
Contemplatio deuota
Conuerſatio honeſta.
Operatio fructuoſa.
Predeſtinatio ſempiterna vł eterna innuitur in numero infinito.quia turbaȝ illam magnā nemo dinūerare poterat. Electoruȝ nāq; numerus eſt nobis ignot⁹:⁊ ſoli deo agnitus:quia ipſe ſolus ſcit numerum.q2 vt dicił.ij.ad Thi.ij. Nouit domin⁹ qui ſunt ei⁹.

Secūdo notatur iuſtificatio interna in illis quattuor:ſcilicet gentib⁹:tribub⁹:populis:de quib⁹ electi ſunt vocati. Jn quibus monſtrantur quattuor peccatoruȝ differentie:a quibus ſunt per dei gratiam iuſtificati.
¶ Jta ꝙ per gētes degnat r ſi peccatū luxurie:quod in gētibus ydolatris regnauit precipue.vt ait apoſtolus Ro.i.
¶ Per trib⁹ deſignatur peccatū auaritie quod in trib⁹ iacob regnauit valde.quod patet:q2 pro terrenis ſeruierunt: ⁊ terrena in promiſſione acceperūt.vt dicitur Jſa.i. Si volueritis ⁊ audieritis me:bona terre comedetis.⁊ quod plus eſt tm̄ cupidi ⁊ auari fuerunt: ꝙ ne terrena perderent xp̄m occiderunt.vt dicitur Joā.xi.
Per populos deſignał peccatuȝ ſuperbie.quia populus vt dicit Aug.eſt collectio ciuitatis que iuxta ſn̄iam chriſti monſtrat ſuperbiam.vt patet de illo qui noluit venire vocatus ad cenaȝ:qui emerat villam Luce.xiiij. Et videm⁹ ꝙ populus.i.habitatores ciuitatis populo ſe melius conſueuerunt reſiſtere:melius acquirere:⁊ magis eſſe ſupbi ⁊ pōpoſi. Per linguas ſignał peccatum lingue.
¶ Contemplatio deuota mōnſtratur in hoc ꝙ ſtant an̄ thronum:quia contēplantur ante deum cogitantes aſſidue qualiter oportet venire ad iudiciū ſuuȝ. Juxta quod dicit apoſtolus.ij.Corint.v. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti.
¶ Conuerſatio honeſta notatur per hoc ꝙ amicti ſunt ſtolis albis.ideſt veſtib⁹ candide conuerſationis. Juxta qꝺ dicitur Canti.v. Dilectus me-

us candidus ⁊ rubicundus. Candidus honeſtate: rubicundus caritate.

¶ Operatio fructuoſa ſignatur per hoc ꝙ palme erant in manibus eorū. Palme nāqꝫ que portantur in manibꝰ electoruꝫ: ſignant fructus bonorum operum. ſcd̄m quod dicitur Cantico .vij. Aſcendam in palmam ⁊ apprehendam fructus eius.

## Secūdo in illa celeſti

chorea eſt conſiderandus interminabilis circuitꝰ: qꝛ ſemper erit in beatis ingreſſus ⁊ egreſſus: ⁊ regreſſus. Ingreſſus ad intuitum diuinitatis egreſſus ad aſpectuꝫ humanitatis noſtri ſaluatoris. vt habetur Jo. xvi. Et ſicut in alijs choreis eſt vnꝰ ducens totam choream: ita chriſtus eſt ⁊ erit ille chorealis ductor ducens ac precedens illam ſocietateꝫ beatiſſimam. Et ideo Apoc. vij. dicitur ꝙ agnꝰ qui in medio throni eſt reget eos: ⁊ alij ſequentur agnum quocunqꝫ ierit. Apoc. xiiij. Sed ſciendū eſt ꝙ illa beata chorea nō vadit ad ſiniſtram partem ſicut chorea mundi: in ſignuꝫ ꝙ eſt vadit ad ſiniſtram inferni. ſꝫ iſta ſemper vadit ad derteram partem: in ſignum ꝙ eſt ad derteram dei quia ad ſiniſtram ponentur reprobi: ⁊ ad derteram ponentur electi. vt dicitur Matth. xxv. Propter quod dicitur Prouerbio. iiij. Vias que a dextris ſunt nouit. ideſt approbat deus: que autem a ſiniſtris ſunt peruerſe ſunt.

## Tertio in illa celeſti

chorea eſt conſiderandus interminabilis cantus ⁊ admirabilis. Et ideo nota ꝙ ſicut chriſtus precedit greſſu: ita precedet cantu. Et primo cantabit ſue virgini matri: dicens. Quid mihi ⁊ tibi mulier. Jo. ij. quaſi diceret. Mihi ⁊ diuinitas ⁊ humanitas: ⁊ tibi eſt virginitas ⁊ fecunditas. Mihi diuinitas ⁊ humanitas quia deus ſum: ⁊ homo. ⁊ tibi fecūditas ⁊ virginitas qꝛ mater es ⁊ virgo. Mihi diuinitas ex virgine patre: ⁊ humanitas ex virgine matre: tibi virginitas ſine labe ⁊ fecūditas ſine ſemine. Ad hec maria tanq̄ꝫ dulcis tympaniſtria reſpondet dulciſſimam cantilenam Luc. i. Magnificat anima mea dominum ⁊ exulta-

uit ſpiritus meus.etcetera.

Secūdo chriſtus can tabit angelicis ſpiritibus cantum que ſcribitur in pſal. Benedicite angeli potentes virtute: facientes verbum eius: ad annunciandū vocem ſermonum eius. Vos qui eſtis angeli.ideſt nuncij diſcurrentes vos qui eſtis potentes virtutes.ideſt mirabilia operantes qui facitis verbum meū.ideſt meis imperijs obedientes ⁊ alios obedire facientes. Ad hunc cantū chriſti reſpondēt ſancti angeli cantilenam que ſcribitur apo.iiij. Benedictio ⁊ claritas ⁊ ſapientia ⁊ gratiarum actio honor virtus ⁊ fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum Amen. Tibi chriſte ſit bn̄dictio in carnatione claritas in natiuitate ſapiētia in predicatione gratiarum actio in redēptione paſſione ⁊ morte: honor in reſurrectione. virtus in aſſenſione. fortitudo in iudicij conſummatione.

Tertio chriſtus cātabit patriarchis ⁊ ꝓphetis cantilenā quā cantauit moyſi in viſione rubi. Deus abraā deus yſaac ⁊ deus iacob: deꝰ patrū noſtrorū miſit me ad vos Hoc nomen eſt mihi in eternum ⁊ hoc memoriale meū in generatione ⁊ generationē Chriſtus enim ad ſanctos patres ⁊ patriarchas: ⁊ prophetas ſpecialiter fuit miſſus qꝛ de ſemine electo: ſcilicet ſanctorum patriarcharū: ⁊ ſpiritusſancti operatione ex maria virgine natus. ⁊ quia ſanctis prophetis eius aduentus fuit ſingulariter reuelatꝰ. Vel potius cantet eis canticum illum gratioſum qui ſcriptꝰ eſt Exo.xx. Vos ipſi vidiſtis quid fecerim egyptijs quomō portauerim vos ſuper alas aquilarum. Et ſequitur vos eritis mihi regnum ſacerdotale et gens ſancta. Vos enim ſubmerſis egyptijs. ideſt mundi amatoribꝰ in mari rubro.ideſt in peccato ⁊ tandem in inferno ad terram promiſſionis.id eſt ad hanc terram viuentiū promiſſā adduxi. Et iſta cantilena ſpecialiter eſt prophetarum ⁊ ſuper alas aquilarū vos portaui. ideſt in pennis cōtemplationis angelice vos eleuaui ad ſpeculandū aduentum meum ⁊ omnia miſteria gratie ⁊ hec cantilena eſt ſpecialiter prophetarū. Et eritis

mihi in regnū ſacerdotale qꝛ a patribus xp̄s deſcendit in virgine maria que fuit de tribu ſacerdotali ꝛ regia qꝛ pater domine noſtre.ſ. Joachin fuit de tribu iuda ꝛ mater eiꝰ Anna fuit de tribu leuitica vt patet in hiſtoria ꝛ hec eſt cantilena cōmunis patriarchaꝝ. Et qꝛ patriarche fuerūt reges ꝛ duces ſicut patet in dauid ꝛ filijs ſuis prophete vero fuerunt ſacerdotes ſicut ſamuel zacharias ioannes ba. Ad iſtud canticū gratioſum ꝛ glorioſuꝫ reſpondēt ſancti patriarche ꝛ prophete iſtud canticum quod eſt ſcriptū Apo.v. vbi dicit ꝙ quattuor animalia ꝛ viginti quattuor ſeniores cantabant canticū nouuꝫ dicentes. Dignus es domine accipere librū ꝛ ſoluere ſingula eius quādo occiſus es ꝛ redemiſti nos i ſanguine tuo. Et ſequitur ꝛ feciſti nos deo noſtro regnum ꝛ ſacerdotes. Tu domine ſolus dignus es aperire librum dei patris ſcriptū per ſpiritū ſanctū in pergameno virgineo tue carnis. Tu enim aperuiſti ſeptem ſignacula libri de virgine carnem aſſumendo ꝛ de virgine naſcēdo ꝛ in cruce pro nobis moriendo ꝛ ad infernum deſcendendo ꝛ a mortuis reſurgendo ꝛ ad celū aſcendendo ꝛ ad iudiciū veniendo. De iſtis ſeptem articulis tue humanitatis manifeſtaſti nobis archanū tue diuine miſerationis.ſ. miniſteriū humāe redēptionis. Et ideo ſequitur cantilena quoniā occiſus eſt ꝛ feciſti nos deo noſtro regnum ꝛ ſacerdotes. Regnum quia feciſti nos obedire preceptis tuis: ſicut regnū obſeruat dictū regis ꝛ ſacerdotes quia i mundo feciſti nos offerre ſacrificium ſpiritus tribulati ꝛ tūc in celo ſacrificiū perpetue laudis pro beneficijs tuis im molamus tibi.

Quarto ſaluator cantat ſanctis apoſtulis dulciſſimā cātilenam que ſcripta eſt. Luce.xxij. Vos eſtis qui permanſiſtis mecū in tentationibꝰ meis ꝛ ego diſpono vobis regnū ſicut pater meꝰ diſpoſuit mihi regnū vt edatis ꝛ bibatis ſup menſaꝫ meā i regno meo ꝛ ſedebitis ſup duodecim iudicātes duodeciꝫ tribꝰ iſrael. Vos eſtis non ſerui ſed amici mei ꝛ ego veſter ſociꝰ. Vos diſcipuli mei eſtis

ꝛ ego magiſter pedagogus. Uos fratres mei ꝛ ego veſter caritate germanus qꝛ fuiſtis participes tribulationis mee: do vobis triplicez digni tatem glorie ſupne. Facio.n. vos reges oipotentes celeſtes ꝛ hoc eſt quod dicit. Diſpono vobis regnū ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ regnum vos per gratiā non per naturā. Facio vos conuiuas celeſtis mēſe vbi humanitas eſt cibꝰ ꝛ deitas eſt potus ꝛ hoc eſt qđ dicit vt edatis ꝛ bibatis ſup menſaʒ meā in regno meo. Facio vos nihilominus iudices celeſtis curie. Unde ſequitur ſedebitis ſuper ſedes duodeciʒ iudicantes ꝛc.i. diuinū iudiciū approbātes ſic eterni cōſiſtorij aſſeſſores iudicātes duodeciʒ tribꝰ iſrael.i. velle multitudin ēfideliū qꝛ infideles iā iudicati ſunt. vt dicit Jo.iij. Qui ſignant hodie per numeꝝ.xij. tribuuʒ iſrael qui ſolū coluerūt vnū deum. Ad hāc cantilenā rñdebūt ſancti apl'i cātilenam que ſcripta eſt Jo.vi. quā pro omnibꝰ cātauit petrus dicēs. Domine ad quē ibimus verba vite eterne: habes ꝛ nos credimꝰ ꝛ cognouimus qꝛ tu es xp̄s filius dei viui. Credimus in verbo ꝛ radio fidei merito ꝛ cognoſcimꝰ claritatē in celo. quia tu es xp̄s.i. vnctus oleo diuine miſerationis balſamo odoriſere conuerſationis: criſmate digniſſime ↄſecrationis: regie.ſ. ꝛ ſacerdotalis: filius dei in poteſtate eternitate ꝛ maieſtate deo patri ꝛ equalis.

¶ Quinto xp̄s rex noſter cātat ſctis martyribꝰ cantilenā illā que ſcripta eſt Matth.v. Beati qui pſecutionē patiuntur ꝓpter iuſtitiā qm̄ ipſoruʒ eſt regnū celoꝝ quaſi diceret ſanctis martyribꝰ graue fuit martyrij pōdus qui pſecutionē paſſi eſtis. Dignꝰ fuit martyrij titulus. qꝛ ꝓpter iuſtitiā nō ꝓpter culpā ſuſtinuiſtis ꝛ iō magnꝰ fuit martyrij fructꝰ qm̄ veſtrū eſt regnū celorum. Ad hāc cantilenā reſpondēt martyres glorioſi. ꝛ dicūt cātilenā quā in perſona ipſoruʒ martyrū dicit apl's.ij. Thi.ij. Et ſi cōmortui ſumus ꝛ conuiuemꝰ ſi ſuſtinuimꝰ ꝛ cuʒ regnabimꝰ quaſi diceret Labor noſter eſt modice paſſionis ſʒ magnꝰ eſt fructus diuine fruitionis qꝛ nō ſunt cōdigne paſſionis huius tēporis ad futurā gloriā que reuelabit in no

bis vt dicit apoſtolꝰ Ro.vij.
Sexto xp̄s cantat ſanctis pō
tificibꝰ ⁊ doctoribꝰ ⁊ alijs cō
feſſoribꝰ ⁊ p̄mo ſanctis ponti
ficibꝰ cātilenā que ſcripta eſt
i.Petri.ij. Vos autem genꝰ
electū regale ſacerdotiū genꝰ
ſancta populus acquiſitionis.
Genꝰ electū per p̄deſtinatio
nē regale ſacerdotiū ſubdito-
rū protectionē gens ſancta p
virtutū perfectionē populus
acquiſitionis per exēplorum
edificationē ⁊ diligentiā pa
ſtoralē. Poſtea ſanctis do-
ctoribꝰ xp̄s cantat illud quod
ſcriptum eſt. Matth.v. Vos
eſtis ſal terre. Nā ſicut ſal eſt
ſapor oim ſaporꝝ: ſic expoſitio
catholica doctorꝝ eſt quaſi cō
dimentū ſacrorꝝ eloquiorꝝ ⁊ ſi
cut oia cibaria ſine ſale ſunt
īcipida ſic verba ſacre ſcriptu
re maxime legalia ſacramen
ta ſine catholica expoſitione
doctorꝝ videntur ſimplicibus
nō eē multū fructuoſa. Et ſic
ſal cōſeruat carnes a putrefa
ctiōe vermiū: ſic doctria ⁊ ex
poſitio doctorꝝ cōſuat carna
les hoies a corruptiōe pctōꝝ.
Vñ pp̄ iſta dr̄ colla.iiij. Ser
mo veſter ſp̄ ſit ſale cōditus.

Septimo chriſtus cā
tat oibus ſanctis monachiſ ⁊
anachoritis.i.ſolitarijs ⁊ om-
nibꝰ alijs ɔfeſſoribꝰ cantū il-
lū qui ſcriptꝰ eſt ibidē Matt.
v. Vos eſtis lux mūdi. Sol
dr̄ lux mūdi ad litterā ⁊ ſan-
cti cōfeſſores dicūtur lux mū
di per figurā.ſ.inſtar ſolis mū
dū illuminātes ſplendore bo
neſtatis. inſtar ſolis mūdum
inflāmātes feruore caritatis
iſtar ſolis mundū ſuperantes
q̄titate virtutis. Nā ſʒ aſtro
logos ſol eſt octies maior q̄ʒ
terra ſic ſancti viri munda-
nos excedunt octies virtute ⁊
gratia: ideſt octo beatitudini-
bꝰ vel virtutibꝰ quas xp̄s do
cuit in ſchola ſua tanq̄ʒ in ſua
p̄ma lectione dicens. Beati
pauperes ſpū. Matth.v. Iſte
nāqʒ octo btitudines ſunt q̄-
dam gratie p̄ñtes in quibꝰ vi
ri ſancti ſuperant hoies mun
danos ⁊ carnales. Ad iſtam
beatā cantilenā omnes vna-
nimiter pontifices ⁊ alij do-
ctores chriſto reſpondent can
tum illum dulciſſimū qui ſcri
ptus eſt in pſal. Tranſiuimuſ
per ignem ⁊ aquā. Per ignē
fortes in aduerſis: per aquaʒ
humiles in proſperis ⁊ eduxi
ſti nos in refrigeriū: felicitatiſ
ſicut per miſerias. Vnde ſal

uator Matth.xi. Venite ad me omnes q laboratis ⁊ onerati eſtis iugo p̄ceptorū meorum ⁊ ego reficiaʒ vos plenitudine celeſtium gaudiorum.

Octauo cātat chriſtus virginib⁹ cantilenam illā qui ſcripta ē.Sapic.iiij.O q̄ʒ pulchra eſt caſta generatio cum claritate.caſta generatio dicitur pudicitia virginalis continentia vidualis temperantia coniugalis. Iſtis trib⁹ triplex claritas correſpondet. Nam virgines habent claritateʒ incorruptionis ⁊ aureole vidue claritatem deuotionis interne coniuges claritatem ſucceſſionis benigne ⁊ omnes pariter habent claritatem odoriſere fame ⁊ opinioniſ bone. Ad hanc cantilenam virgines ⁊ continentes reſpondent illud canticum dulciſſimum.quod ſcriptum eſt Canticoꝝ.i. Oleum effuſum nomen tue ideo adoleſcentule dilexerunt te nimis. Nimis dicitur propter ariditatem continentie qꝛ vt dr̄ Sapie.viij. Scio qm̄ aliter non poſſuʒ eſſe continens niſi deus det. Et ideo dicitur Apoc.xiiij. Quia nemo poterat dicere canticum illud: ſcʒ virginale niſi illa centuʒ quadraginta q̄ttuor milia qui empti ſunt de terra. Numer⁹ cētenari⁹ cōpetit virginib⁹ quib⁹ datur fructus centeſimus. vt dr̄.Luce.viij. Quadragenari⁹ cōpetit viduis: qꝛ quadraginta ſignat ſtatū penitentiū.ideo tam moyſes q̄ʒ elyas q̄ xp̄s quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹ ieiunauerunt. Quattuor competunt coniugatis caſtitatē amantib⁹ qꝛ ſecundū doctrinaʒ quattuor euangeliſtarū obſeruare conant coniugalem thorum iuxta illud apoſtoli Heb.xiij. Honorabile cōnubiū in omnibus ⁊ thorus immaculatus. Millenarius vero competit omnibus continentib⁹ quia per millenariam qui eſt limes ⁊ termin⁹ omnium numeroruʒ ſignatur celeſte gaudium:quod eſt finis omnium deſiderioꝝ vt dicitur in pſal. Satiabor cuʒ apparuerit gloria tua.

Ultimo chriſtus cātabit communiter omnib⁹ ſanctis illam dulciſſimam cantilenaʒ que ſcripta eſt.Matth. xxv. Venite benedicti patris mei.percipite regnū qd̄ vobis

paratū eſt ab origine mundi.
Venite benedicti patris mei
per gratie adoptionē per quā
eſtis filij ⁊ fratres mei. Quia
vt ait apoſtolus. Ro. viij. Si
filij ⁊ heredes. heredes quidē
dei coheredes aūt xp̄i qđ vo
bis ꝑatū eſt ab origine mūdi
per eternā predeſtinationem:
per quā eſtis eterna placētia
electi. Ad iſtā cantilenā chri
ſti reſpōdebit altiſſime totus
chorus vel chorea vel ballata
ſanctoꝝ illū cantū qui reſcri-
bitur. i. Thi. i. Regi ſeculoruz
immortali inuiſibili: ſoli deo
honor ⁊ gloria in ſecula ſecu-
loꝝ amen. Tibi in̄q̄ʒ dn̄e qui
es omniū ſeculorū pro nobis
tm̄ humiliatus. tu imortalis:
qui ꝑ nobis in cruce es mor
tuꝰ tu inuiſibilis: q2 tn̄ nobis
viſibilis. tu ſolus ſanctꝰ in ma
ieſtate: nobis tn̄ miſericordi-
ter aſſociatus: tu es oipotens:
pro nobis tn̄ hō factus es: ti-
bi in̄q̄ʒ honor: ex creatiōe: glo
ria ⁊ redēptione in ſecula ſe-
culoruz: ex eterna ſaluatione
amen: ex omniū promiſſoruz
tuorū certiſſima adimpletio-
ne. Tandez omnes ſancti di-
cent alter ad alterū illuz ſacra
tiſſimum hymnū ⁊ triſagiuz
glorioſuz quod ſcribit in Iſa.

Sāctus: ſanctus:
minus deus ſaba
cituum: pleni ſunt
gloria eiꝰ. Cuius
tus ꝙ qui dicit illi
bitanea ⁊ fulgure
tribulationibꝰ eſt
ait Damaſcenus
Propter quod ſt
ſynodus calcedon
ta hoc triſagiū ſa
tis a fidelibꝰ dici:
nes ſtellionatus:
diuinas vt ait D
ibidez. ſ. Agyos: o
ctus deꝰ: agyos: y
ctus fortis: agyos
cleyſon: ymas: ſa
mortalis miſerere
¶ In quo triſagi
cit ſpecialiter tria.
confitent in vna e
centes ſanctus: ſa
ctus: poteſtatez ⁊
mirantur dicente
deꝰ exercituū: pie
ficia venerant ad
na eſt ois terra ta
q̄ʒ morientiū glo
ricordia eius: in q
cipue oſtendit glo
ponit gloſa. Ro.
enim peccauerūt.
ria dei que eſt īfin
gloriam nos perd

ticipes efficiat ductor illi⁹ cho
ree ieſus virginis fili⁹: qui cũ
deo patre ⁊ ſpiritu ſancto vni
ſolo deo viuo ⁊ vero eſt ho-
nor: iperiũ: maieſtatis per in-
finita ſecula ſeculoꝝ. Amen.
¶ Dñica prima aduentus.

Abiiciamus opera te
nebrarum ⁊ iduamur arma
lucis. Ro. xiij. In aduẽtu ma
gni regis ⁊ principis expian-
tur ſordes: ⁊ parantur veſtes.
Et ideo apoſtolus in his ver
bis per hunc modũ: propter
ſummi regis aduentũ ad fa-
ciendũ hec duo ſpãliter nos
iuitat. Prio ad vitiorum ſor
des expurgandas: cum dicit.
Abijciam⁹ opera tenebraruꝫ.
Secundo ad virtutum veſteſ
preparandas: cũ addit ⁊ idua
mur arma lucis.

Primo igitur debe-
m⁹ expurgare ſordes vitiorũ.
⁊ propter tria que ſunt i pec-
cato. Require in materia de
peccato in communi. fo. ij.
Secundo debemus
veſtes virtutum preparare ⁊
ſpãliter veſtem caritatis. ⁊ ſi
cut videm⁹ ꝙ veſtis nobilior
portatˀ i feſti s precipuis. De
hac veſte quere i materia de
caritate. fo. xlvij.
¶ Dñica ſecunda aduentus.

Deus autem ſpei re-
pleat vos oĩ gaudio. Ro. xv.
Qm̃ a viris ſpũalib⁹ ſunt de
biles ſuſtinendi ⁊ triſtes con
ſolãdi. idcirco apoſtolus i ver
bis ꝓpoſitis duo facˀ. ¶ Pri
mo eni promittit debilib⁹ ſu-
ſtentationem: cum dicˀ Deus
autem ſpei. ¶ Secundo triſti
b⁹ conſolationem: cum addit:
repleat vos oĩ gaudio pſal.
Spera i dño. ſeqtur: ⁊ paſce-
ris i diuitijs eius.

Primo dico ꝙ ſpũa
lis ſuſtentatio eſt virtute ſpei.
Querˀ i materia d̾ ſpe. fo. liiij.
Secundo ſpiritualis
conſolatio eſt i gaudio virtu-
tis. Unde virtus compara-
tur paradiſo. Quere in mate
ria de virtute i cõi. fo. xlv.
¶ Dñica. iii. aduentus.

Modeſtia veſtra no
ta ſit oibus hoibus: dñs pro
pe eſt. Philˀ. iiij. Rege pꝛ̃ſen-
te conſueuerunt domicelli ⁊
milites multuꝫ alacriter ⁊ ho
neſte icedere ideo apl̃s preui
dens regis eterni pñtiaꝫ pro-
piquam: ad conuerſationẽ ho
neſtã i verbis propoſitis nos

hoꝛtatur.ꝛ hoc ſecunduꝫ hoc in verbis iſtis duo facit.
¶ Pꝛimo eniꝫ hoꝛtatur nos ad conuerſationis honeſtateꝫ cũ dicit. Modeſtia veſtra nota ſit omnib⁹ hominibus.
¶ Secundo oſtendit conuerſationis cauſam: cum addit: dominus pꝛope eſt.

Pꝛimo igitur foꝛma conuerſationis conſiſtit ſpecialiter in manſuetudine vel mititate. Require in materia de mititate: ꝛ manſuetudine.fo.lxxiij.

Secundo virtus ſpiritualis ꝯuerſatiõis: ꝛ oꝛationis caſtitatis ꝛ pietatis: faciunt propinquam dei pñtiam. require in materia de caſtitate.oꝛatione:ꝛ pietate.fo.xliij.ꝛ xxiij.ꝛ.lxxvi.

¶ Dñica quarta aduentus.

Nolite ante tps iudicare.quo aduſqꝫ veniat domin⁹.pꝛime Coꝛ.iiij. Dicit lex iperatoꝛis q̃ꝫ aduenieute pꝛeſide ceſſat iunioꝛ poteſtas. Jdõ apoſtolus conſiderans aduẽtum eterni iudicis:duo facit i his verbis.
¶ Pꝛima nãqꝫ repꝛimit inuidiã iniquam:dicens. Noli te ante tempus iudicare.
¶ Secundo pꝛedicit ſaluatoris iuſtitiam futuram:cum dicit quouſqꝫ veniat dominus.

Pꝛimo igitur repꝛimitur inuidia.pꝛopter tria. Require in materia de inuidia fo.vij.

Secundo pꝛedicitur cauſa:iudicis ſententia.require in materia de iudicio futuro.fo.lxxxviij.

¶ Dñica iſra octa.natiuitatiſ

Jtaqꝫ iam eſt ſeruus, ſed fili⁹.ꝙ ſit fili⁹:ꝛ heres per deum.Ad Gal.iiij. Magn⁹ dꝫ magna donare. Vñ apoſtol⁹ i his verbis deſcribit ſaluatoꝛis magnificentiam:ꝛ ſecũdum hoc tria facit.

Pꝛimo enim deſcribit culpe ſubiectionem a qua ſum⁹ liberati:cum dicit. Jtaqꝫ iam non eſt ſeruus.

Secũdo gratie coopeꝛationem: per quam ſumus liberati ꝛ iuſtificati: addens: ſed filius.

Tertio gloꝛie poſſeſſionem ad quam ſum⁹ pꝛedeſtinati:ſubdens:ꝙ filius ꝛ heres per deum.

Primo igitur ſubiici tur homo per culpam ⁊ ſpeci aliter propter gulam: luxuriã: ⁊ auaritiaꝫ: quere in materia de gula. fo. xiij. de luxuria. fo. xv. ⁊ de auaritia. fo. x.

Secundo iuſtificatur homo per gratiam peniten-tie. Quere in materia de pe-nitentia. fo. xvij.

Tertio beatificaẗ ho mo per gloriam. quere in ma teria de gloria paradiſi. fo. xci.

¶ Dominica ſecunda.

Non plus ſapere q̃ʒ oportet ſapere ſed ſapere ad ſobrietatem. Ro. xij. Omnis cibꝰ quantũcũqꝫ precioſus: inſipidus eſt: niſi ſit ſale cõdi tus: ideo apoſtolus hortatur nos in verbis propoſitis vt ci bum prudentie. condiamꝰ ſa-le diſcretionis. Et ſecundum hoc duo facit. ¶ Primo pro hibet ſapientiam temerariaꝫ: dicens: nõ plꝰ ſapere q̃ʒ opor tet ſapere. Secundo ſuadet tẽ perantiam neceſſariam ad-dẽs: ſed ſapere ad ſobrietateꝫ.

Primo igitur cauen da eſt prudentia vel ſapientia in ordinata: quere in materia de prudentia. fo. lv.

Secundo querendã eſt ſobrietas modeſta: quere in materia de temperantia. fo. lvi.

¶ Dominica ꝑma poſt octa. epiphanie.

Odientes malum: ad herentes bono Ro. xij. Na-tura liter guſtꝰ bene diſpoſitꝰ reſpuit amaritudinem: ⁊ ap-petit dulcedineꝫ. Ideo apoſto lus in his verbis monet nos ad duo: videlicet ad deteſtati onem culpe dicens: odientes malum. Secundo monet nos ad dilectionem gratie: ibi ad herentes bono.

Primo igiẗ deteſtan da eſt culpa: quere in mate-ria de peccato in communi. fo. iij.

Secundo diligenda eſt virtus vel gratia: quere in materia de virtute in com-muni. fo. xlv.

¶ Dominica ſecunda.

Non voſmetipſos de fendentes cariſſimi: ſed date locum ire. Ro. xij. Non eſt tutum militem ſine armis

intrare locum certaminis:iõ
apoſtolus in his verbis ſpā
liter nos inſtruens duo facit.
¶ Primo docet eſſe ſumēdū
ſcutū patiētie dicens:non voſ
metipſos defendentes.
¶ Secundo docet cauenduȝ
ictum iracundie:addens: ſed
date locum ire.

**Primo debem⁹ aſſu**
mere patientiā tanq̄ȝ ſcutum
quere in materia de fortitudi
ne ⁊ de patiētia.fo.lvij.⁊.lxxxi.

**Secundo debem⁹ ca**
uere iracundiam tanq̄ȝ ictuȝ:
quere i materia de ira.fo.viij.

¶ Dominica tertia.

**Qui diligit proximū**
ſuum:legē impleuit. Ad Ro.
xiij.Mercatores faciētes cō
potum:prius ipſuȝ in petias ⁊
ptes diuidūt:⁊ poſtea in ſum
mam reducūt:ſic ⁊ apoſtolus
in his verbis diuine legis re-
ducit in ſummam caritatis:⁊
ſm hoc monet nos apoſtoluſ
ad duo:videlicet ad dilectio-
nem proximorum:dicēs.Qui
diligit proximum.Ad imple-
tionem mandatorum addēs.
impleuit legem.

**Primo igiṫ debem⁹**
proximuȝ diligere. Quere in
materia de caritate.fo.xlvij.

**Secūdo debem⁹ pre**
cepta adimplere.quere in.ma
teria de preceptis. fo.xxix.

¶ Dominica quarta.

**Pax igiṫ chriſti exul**
tet in cordibus veſtris Coł.iij.
Mundus iſte conſueuit duo
multum deſiderare.ſ.concor-
diam pacis.⁊ letitiam cordis.
Ideo apoſtolus in his verbis
optat nobis hec duo:que na-
turaliter deſiderat oīs homo
ſcilicet proximi cōcordiā ami
cabilem:cum dicit pax igitur
chriſti.Secundo animi letiti-
am delectabilem: cum addit.
exultet in cordibus veſtris.

**Primo igiṫ affectan**
da eſt cōcordia pacis. Quere
in materia de pace. fo.lxxx.

**Secūdo letitia cordiſ**
eſt adoptanda.Quere in ma-
teria de caritate.fo. xl vij. Et i
materia de gaudio.fo. lxxxiij.

¶ Dominica in.lxx.

**Sic currite vt cōpre-**
hendatis.i. Cor.ix. Quoniaȝ
non inſipientibus ſed ꝓficien
tibus regnum celeſte promit-
titur.Ideo apoſtolus in ver-
bis iſtis ad duo ſpāliter nos
hortaṫ.¶ Primo ad fructuo-

ſam operationem: cum dicit. Sic currite. ¶ Secūdo oſtendit fructuoſe opationis rōnē: cum addit vt cōprehendatis.

Primo igitur debemus curſum preceptorū perficere. Quere in materia de preceptis. fo. xxix.

Secundo fructū premiorum appetere. quere in materia de gloria paradiſi. fo. xci.

¶ Dominica in ſexageſima.

